



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Orator Christianvs Caroli Regii E Societate Iesv

Reggio, Carlo

Romæ, 1612

Prima Pars Concinator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68672)

ORATOR CHRISTIANVS

Prima pars

CONCIONATOR

De officio Oratoris Christiani

Liber primus

De Origine, ac Ritibus priscais sacrarum Concionum.
Caput Primum.



ANTEQVAM Christiani oratoris institutionem aggrediar, videor mihi facturus rem, cum suscepto oneri conuenientem, tum commodam, iucundamque lectoribus, si pauca de sacrarum Concionum origine, earumque priscais ritibus, de Concionatore, de Auditoribus, de tempore, ac loco, perscribam.

Subijcientur enim haud pauca sub vnum conspectum, quae sparsim in opere attinguntur: & ex moribus vetustis multa vtiliter referre licebit ad nostros. Origo sanctissimae huius consuetudinis in Christiana Ecclesia ab ipsa vetere Hebraeorum Ecclesia permanuit; apud quam, & statim conuentus erant, & recitatio, & sermo. Conueniebant enim in Synagogas, vnoquoque Sabbato; tum legebatur pars aliqua sanctorum voluminum; postea sermo modò paræneticus, modò didascalicus, vel ex vtroque mixtus adhibebatur, siue ad obscuriora è diuinis literis, explicanda, siue ad formandos, corrigendosque mores. Hæc omnia facile colliguntur ex Luca 4. cap. Intrauit (inquit) Iesus secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi Liber Isaia Prophetæ; & vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat: Spiritus Domini super me: postque recitatum locum, subditur: & cum plicuisset librum, reddidit ministro; & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum, cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scriptura in

Origo Concionu ab Hebrais descendit.

Luc. 4.

A ra in

ra in auribus vestris. Similia dicuntur, Act. 13. Venerunt Antiochiam (nempe Paulus, & Barnabas) & ingressi Synagogam die Sabbatorum sederunt: post lectionem autem legis, & Prophetarum, miserunt Principes Synagogæ ad eos dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis, ad populum dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens ait: Viri Israelitæ, & qui timetis Deum audite: & post absolutum sermonem subiungitur. Exeuntibus autem illis, rogabant, ut sequenti Sabbato loquerentur sibi verba hæc. & mox: Sequenti verò Sabbato, penè universa Civitas convenit audire verbum Dei. Vbi, & conventus Civitatis, & lectio, sine recitatio Legis, ac Prophetarum habetur, tum exhortatorius, ac parneticus sermo. Sed hæc proximis Christo Domino temporibus, cum certum sit hoc ritu gesta, quanto ante capta sint, non ostendunt. Et sacrarum quidem tractationum origo aliqua, mihi dubium non est, quin ab ipsa prope mundi origine, repeti debeat. Nam etsi Philo Iudæus in libro de Abrahamo initio, de antiquis Patribus loquens: Scholas nullas frequentaverant (inquit) nullis præceptoribus usi fuerant, sed à seipsis instituti doctique, ordinem naturæ sequuti sunt. Tamen cum cæteras disciplinas ab Adamo propagatas apud Christianos Doctores, communis sententia sit, veræ pietatis, ac morum disciplinam, uti maioris momenti est, ita accuratius ab eo traditam; & aliquod iam tum exercitum fuisse religionis magisterium, dubitandum nequaquam videtur. Nec verò Enos, Gen. 4. cepisse dicitur invocare nomen Domini, propterea quod nullus antea Religionis cultus esset, sed ut eo loco noster Pererius putat, quod eum ipse cura, & prædicatione excoluit. Iam Noe inter Prædicatores merito numeratur, qui à S. Petro, Iustitia præco nominatur, & iterum prædicasse significatur ijs, qui increduli fuerunt, cum fabricaretur arca; quem denique Ioseph Hebraeus refert corrupta hominum facta molestè, & indignè ferentem, adeo suavisisse, ut in melius voluntates, ac opera transmutarent, ut cum videret illos sibi, non parere, veritus ne se, & suam familiam interimerent, in aliam regionem migravit. Verum qui, quoque modo sacri Conventus, sermonesque usque ad id tempus, atque etiam ex hoc tempore usque ad Moysen fuerint, proditum non est, potuit tamen intelligi vis eloquentiæ ex eo, quod audax ædificandæ turris Babilonicæ consilium ingressos homines, sacra narrat historia, quia erat terra labij unius, & sermo-

aum

Conventus,
Lectio & Ser-
mo.

Origocõcio.
num ab ipso
mundi princi-
pio.
Philo l. de
Abr.

Adam pri-
mus prædi-
cator.

Et Enos.

Et Noe.

2. Pet. 2.

2. Pet. 3.

Anti. c. 3.

num eorumdem; nempe vt facile incitari, & inflammari, quæ ad id opus necessaria erat, multitudo posset, quare & totum opus ea communiõne sublata disturbatum est. Videtur deinde aliquod doctrinæ magisterium in Aegypto Ioseph exercuisse; quippe dicitur constitutus à Pharaone vt erudiret Principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret, quo loco S. Aug. optime conuenisse dicit tanti patriarchæ zelo, vt non tantum alendis corporibus, sed & ipsis hominibus melioribus efficiendis occuparetur. Nec verisimile est tanto tempore, quo Hebræi in Aegypto vixerunt, omni pietatis doctrina caruisse. Sed illud obseruandum est, cum statuisset eum populum Dominus liberare, & ad certam vitæ pietatisq. ratione formare, Moysi, quem principem legebat, Aaronem eloquentem addidisse, quia (vt infra proprio loco dicitur) præcipuum regendarum communitatum est instrumentum oratio. Prima deinde concio tempore Moysi indicatur in Exodo. vbi ex præcepto Domini, Moyses & Aaron congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel, loquutusque est Aaron omnia verba, quæ loquutus est Dominus ad Moysen: ac multi deinceps cætus sermonesq. publici memorantur, præsertim, quibus accepta à Deo Moyses populo exponebat. Atque hæc de vetustissimo sacrarum concionum vsu. Sed vt ad originem lectionum legis, quæ Christi fiebat tempore redeamus, sane antiquam fuisse S. Iacobus in Actis Apostolicis docet, cum ait, Moyses enim à temporibus antiquis, habet in singulis Ciuitatibus, qui eum prædicent. Iosephus autem id à Moyse institutum refert, & ob eam quoque curam cæteris eum legislatoribus præfert. Non semel (inquit) audire, nec secundo, nec sapius, sed in vna quaque septimana, alia opera relinquentes, ad legis auditionem congregari præcipit vniuersos, eamque perfectè condiscere: quod scilicet omnes legislatores reliquisse noscuntur. Hoc Moysi præceptum de cuiusque hebdomadæ ad legem audiendam Conuentu, in sacris litteris disertè (quod ego animaduertentem) non extat. Sed Dent. c. 3. septimo quoque anno legenda præcipitur, anno remissionis, in solemnitate tabernaculorum: significat tamen crebram tractationem Leuit. 10. Deus, dum prohibens Sacerdotes tabernaculum intraturos quicquam quod inebriare posset bibere, causam addit, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum, & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea. Verisimile tamen est etiam tum sabbatis singulis

Ioseph prædicator.

Psal. 104.

Moyses, & Aaron.

Exod. 4.

Isaac edisæ
1721

Act. c. 15.

l. 2. contra App.

Qualibet septimana Conuentus fiebat.

Leuit. 10.

fuisse morem docendi, quos dies Philo, ubique tradit præcipue fuisse, studio sapientiæ dedicatos, & ob eam rem præsentibus seu Synagogas fuisse quasdam, iustitiæ caterarumque virtutum scholas, & in lib. de vita Moyſis, eum morem, & ipse ab eo repetens describit his verbis. Mos (inquit) erat certis temporibus præcipue sabbatis, operam dare studio sapientiæ, principe (idest Moyſe) Doctoris vice fungente, præmonstranteque officia, subditis autem honestè proficientibus, & mores, vitamque corrigentibus. Quæ consuetudo à maioribus per manus accepta, hodieque durat apud Iudæos. Caterum cum initio Moyſes fungeretur hoc munere partitum videtur in plures tum, cum septuaginta viros, iussu Dei elegit, qui diuino repleti spiritu, prophetare ceperunt. Nam cum ante ex soceris Ietri consilio legisset qui ad civilem sibi administrationem adiumento forent, hos, ut maxime in rebus diuinis auxilio essent adlectos docent sacri interpretes. Deut. 29. & 31. Doctorum mentio est, qui ab septuaginta *ἑρμηνευταί* vocantur, & Num. 11. mentio est Magistrorum, quos ijdem *ἑρμηνευταί* vocant: atque ijdem omnino significari omnibus his locis videntur, qui scribæ alibi nuncupantur. Itaque cum (ut rectè inter ceteros Tolet. in c. 18. Joann. docet) Scribæ ceperint una cum lege Grammatosagogæ illi ac Doctores, & Magistri scribarum parentes, atque omnino scribæ, statuendū videntur.

In c. 3. Isa. Nam quod S. Hieron: non multo ante Christi tempora extitisse Scribas, & Phariseos ait, vel de solis intelligendum est pharisæis, quos dumtaxat ubique Iosephus inter Iudaicas sectas enumerat, nunquam autem Scribas: vel quod ritus aliquos de nouo, quo tempore Pharisei orti sunt, ipsi quoque assumpserint. Ex hæcenus dictis, colligitur initium sacrarum concionum repetendum à prima diuini cultus origine. Vbi autem scripta lex accessit, etiam accessisse lectionem eius, & explicationem, constat, quæ propriè ad Sacerdotes, & Scribas pertinebat; quibus deinde non multis ante Christi aduentum temporibus, accessere Pharisei: proptereaque dictum est, super cathedram Moyſi, sederunt Scribæ, & Pharisei. Illud tamen negari non potest siue præceptum fuerit Moyſis, ut scribit Iosephus, siue mos ab illo introductus qui præcepti vim habuerit, ut sabbatis ad audiendam legem, & explicationem eius, morumque disciplinam conueniretur, fuisse morem hunc non semel interruptum, vel in captiuitatibus, vel in ipsorum Regum & populi Idololatrijs. Nam certè dum ipsi sacri libri penitus amissi erant,

erant, vt colligitur 4. Reg. 22. & 2. Par. 34. vbi vnus narratur inuentus, cumque traduntur combusti, antequam restituerentur ab Esdra (vt alunt plerique) legi non potuerunt. Sed merito querat aliquis. Num idem esset Lector, & Explicator, quia Christus Dominus prius legit ipse, deinde explicauit Isaia locum. Et Esdra 2. cap. 8. Esdras idem loquitur, & legit. At Philo, loquens de Essæis, aliter eos fecisse ait. Has (inquit) hoc est patrias leges ediscunt, & alio tempore, sed præcipue recurrente die septimo, quem sacratum existimant, feriatumque ab omnibus alijs negotijs, Quoties sacras ædes, quas Synagogas vocant, adeunt pro ætatis ordine, Iuniores ad seniorum pedes confidunt, & ad audiendum se componunt. Ibi alius ex libro legit, alius quispiam vnus è peritioribus accedens, quæ obscura sunt explicat. In Act. Paulus, & Barnabas post lectionem inuitantur à principibus Synagoga, vt loquantur, si quem haberent sermonem exhortationis ad populum: & alibi docuisse in Synagoga dicuntur, nec vnquam legisse. Itaque videtur hic mos fuisse, vt certus esset Lector, sermo ab alijs haberetur, qui si vellent alium scripturæ locum explicare etiam eum legeret, quod fecit Christus Dominus, nec tamen vetitum fuisse, quin legeret idem & explicaret. Quo loco admirari licet singulare Isaia priuilegium, vt eius prophetiam Dominus ipse, & legere stans voluerit, nec solum explicare, sed & demonstrare completam. Rursum dubitari potest, num omnibus liceret in Synagoga docere. Ita affirmant aliqui, & videtur ex eo confirmari, quod Christus Dominus à nullo inuitatus sepe docuerit: Sed mihi verisimile nõ est fuisse promiscuum & confusum morem, sed solum Scribis, & Phariseis licuisse differere etiam non inuitatis pro suo munere: Christum autem Dominum, extra omnem exemplum esse: Paulum sua vsu potestate, quod esset Phariseus, eruditus ad pedes Gamalielis; & ceteros Apostolos, vel inuitatos, vt Paulum, & Barnabam, vel sese obtulisse ac veniam impetrasse dicendi: Neque obstat locus Ambrosij, qui in illa Pauli verba: Potestis enim per singulos prophetare, vt omnes discant, & omnes exhortentur. Hæc (ait) traditio Synagoga est, quam nos vult sectari; quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis, non ex Iudæis, vt sedentes disparent seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellijs, nouissimi in pavimento super mattas, quibus si reuelatum fuerit, dandum locum præcipit, nec despiciendos, quia membra corporis sunt: Non (inquam) obstat hic locus, quia solum dicit si cui

An idem esset Lector, & explicator.

lib. quod omnis probus liber.

Act. 13. inuocatus est ad docendum.

An omnibus liceret in Synagoga loqui.

Ambrosij. Cor. 14.

nouissimorum, quid fuerit reuelatum, (vt erat tum extraordi-
 naria illa diuinorum charismatum copia.) dandum ei locum
 esse, non quod ille se nulla potestate dicendi impetrata posset
 intrudere, sed quod offerenti sese, dicendi locus negari non
 deberet. Nam profecto nisi aliquo appareret manifesto mira-
 culo, fuisse nec ne ei vere diuinitus reuelatum, an fallaciter
 à Dæmone illusum; erat id iudicandum antequam cuius e tur-
 ba dicere fieretur. Omnia autem iussit Paulus honeste, & se-
 cundum ordinem fieri: & ne quid diceretur absurdi, ceteros
 diiudicare, nimirum ceteros è prophetis. Non enim (vt Her-
 retici perperam interpretantur) iudicium rerum diuinarum
 imperita multitudini permittitur. Probabile igitur omni-
 no videtur, etiam in Synagoga non licuisse cuius, nisi potestas
 fieret, disputare. Quæritur adhuc. Tertio, sederent ne inter di-
 cendum eo tempore, at starent legentes quidem stetisse, & ex
 c. 8. l. 2. Esdræ colligitur, & satis aperte ipsum Christi Domini
 dum Haim legit, exemplum docet. Communis ibi autem mos
 fuisse videtur, vt doctores sederent: unde & cathedra Moy-
 si nominatur, & sedere super eam Scribæ, & Pharisei, dicuntur.
 Et Christus Dominus Luc. 2. inuentus est duodennis in medio
 doctorum, utique sedentium, sedens. Cum legisset Isaiam,
 stans, docturus sedet, Matt. 5. Docturus in monte sedet Luc. 5.
 Sedens docebat, de nauicula turbas, Ioann. 8. Sedens docet in
 templo populum, Matt. 26. quotidie apud vos sedebam docens
 in templo. Quod autem dicitur Ioan. 7. In nouissimo autem
 die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, videtur fecisse
 propter multitudinem, quæ aderat, cum esset opus conatu ma-
 iore, vel vt arbitror, quia non consueto habendis, concionibus
 loco hæc clamauit, sed ex media turba. Illud autem Luc. 6. ste-
 tit in loco campestri, potius videtur significare, quod constite-
 rit & quieverit, quam sicum aut statum corporis. Act. 13. dicitur
 surrexisse Paulus vel quod ad dicendum prodierit, consue-
 tumque locum conscenderit, vbi deit sederit, vel quod Ar-
 chisynagogum salutarit, sed plane mihi videtur eo loco stetisse,
 se: nam etsi moris esset sedere, non tamen vetitum, quin si cui
 placeret, commodumque esset, stans diceret, qui oratorum
 Ethnicorum mos erat: & Act. 5. locutus in Concilio Gam-
 maliel: surrexit. Quod autem Petrus in prima sua concione,
 Act. 2. & Paulus in medio Areopagi steterint; non significat
 morem temporis, sed opportunitatem, ac necessitatem loci. lo-
 cus nuper citatus e S. Ambrosio, sedisse omnes significat, & ta-
 men

Sederent ne
 an starent qui
 Sermones ha-
 bebant.

oratione in
 qd in sermo
 -ol -ogon
 -up

-i m. omh.
 .21.7. no

men eodem loco, D. Paulus cum ait: Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat; videtur significare, dicentem stetitisse, eique sedentem opponere. Quare, vt dixi, communi vsu sedisse, aliquando etiam stetitisse videntur. Hæc autem, quæ in Synagoga olim seruabantur, non multum immutata in Christi Ecclesia recepta sunt, ita vt cum ipsa nascente, & crescente, pariter hic ritus & natus, & adultus sit. De posteriore vero tempore, quia res ante oculos est, non est quod dicam. De primo illo docet nos Tertullianus, qui recens ab ætate Apostolorum, de ritu, qui tunc maxime in Ecclesia vigerit, nos ignorare non patitur. Cogimur (inquit) ad litterarum diuinarum commemorationem, si quid presentium temporum qualitas, aut præmonere cogit, aut recognoscere, certe fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censurâ diuinâ. In quibus verbis aperte meminit conuentus, cum ait cogimur, & sacra lectionis, seu recitationis, quæ erat commemoratio diuinarum litterarum; denique sermonis seu concionis, cuius ille erat scopus commone, exhortari, mores formare bonos, deprauatos corrigere, & castigare. Idem ostendit locus ex Sancto Ambrosio, in 1. ad Cor. paulo ante citatus. Sed iam vt distinctius proprios Christiani populi ritus tractemus, ab ipso concionatore, quasi nouum principium de sumamus.

De ipso Concionatore. Cap. II.

Certum est, prædicandi Euangelij munus inde vsque ab origine Ecclesiæ, proprium Episcoporum fuisse, quod ex Actis Apostolicis apparet. vbi propterea Diaconi instituntur, vt Apostoli orationi, & prædicationi instantes sint, & ex Diuo Paulo, vbi se missum dicit ad prædicandum, non ad baptizandum. Ex Dion. quoque Areop. & Apostolicis Constitutionibus perspicue patet, & a nobis infra fusiùs differetur. Et quauis non nisi in sua, cuique Episcopo, diocesi prædicare liceret, tamen illa præcisè temporibus viguit consuetudo laudabilis, vt Episcopi peregrini, ad verba faciendâ, ab eius Ciuitatis Episcopo ad quem diuertissent, inuitarentur. De qua re in Apostolicis Constitutionibus sic habetur. Rogabis Episcopo eum (idest peregrinum Episcopum) vt sermonem habeat apud populum docendi causa. Est enim hortatio & monitio hospitem

Episcopieræ
Concionato-
res.

Act. 6.

1. Cor. 1.

Const. Ap.
1. 2. c. 58.

grata, & mirum in modum utilissima: qui mos videtur ac-
ceptus ex eo, quod dicitur Act. 13. missos à Principibus Syna-
gogæ, qui inuitarent Paulum ac Barnabam, vt si quis esset in
eis sermo exhortationis ad plebem, dicerent. Idem sape le-
gimus obseruatum ab antiquis Monachis, qui hospites ad pios
sermone inuitabant. eumque morem, vt multa alia, Sanctus
Cardinalis Borromeus in Mediolanensi Ecclesia, & decretis &
usu, nostra memoria reuocauit. Addi illud potest, veterem
fuisse ritum, vt Episcopum prædicantem, Diaconi custodi-
rent, quos Euaristus septem esse voluit: Assistebant autem
Episcopo, eumque custodiebant, non quod aliquod periculum
inesset, illique instar Prætorianæ cohortis adessent, sed ad
maiestatem diuinorum eloquiorum indicandam; interimque
vt cauerent, ne quid in populo strepitus, aut turbæ coarretur.
Præter Episcopum, licebat etiam Præbyteris conciones habe-
re. Quod quidem in ijs Ecclesijs, quæ Episcopo carebant,
nullam habet difficultatem. In Africa tamen, coram Episco-
po ne eius quidem iussu mos erat Præbyterum loqui: propter
eaque Possidius in S. Augustini vita narrat, periniquè tulisse
alios Africæ Episcopos, quòd Valerius Antistes Hippo-
nensis, Augustino etiam non Præbytero docendi munus de-
disset. Quam consuetudinem perstringit Sanctus Hierony-
mus his verbis: Pessimæ consuetudinis est in quibusdam
Ecclesijs tacere præbyteros, & præsentibus Episcopis non
loqui, quasi aut inuideant, aut non dignentur audire. Socra-
tes refert, ministerium verbi Dei interdictum Alexandria præ-
byteris, ex quo tempore impius Arrius præbyter sermoni-
bus suis Ecclesiam Dei dilacerauit. Auxentius vir sanctissi-
mus, vt est in historia Concilij Constantinopolitani sub Leone
ad Synodum inuitatus, excusabat se dicens non esse Monacho-
rum docere, sed doceri, & illud munus ijs conuenire, qui ho-
norati Pontificatu essent. Paulatim tamen vt videmus, ab
Episcopis munus hoc Apostolicum ad præbyteros defluxit, vt
iam penè non nisi horum voces è suggestis audiantur. Histo-
ria Tripartita, & Nicephorus narrant, Romæ nec Episcopum,
neque alium quemquam in Ecclesia ad populum verba fecisse:
quod & per se incredibile est, & falsum esse non solum ex Gre-
gorij Magni, & ante eum Magni Leonis homilijs apparet; sed
etiam è ferm. 2. de Resurr. S. Leonis, vbi adijciendum Euan-
gelicæ narrationi sui sermonis officium dicit, quod populus
piæ consuetudinis debitum deposceret, & ex Prudentio, qui

Diaconi Epi-
scopum cus-
todiebant
Euar. ep. 1.

Præbyteri
an docerent.

Hier. epist.
ad Nepot.

Augustinus
de Consensu
lib. 1.

1. 100

l. 4. c. 39.
l. 12. c. 34.

Gregorius
Magnus

Tri-

Tribunal describit, vnde Deum prædicabat Antistes. Haud vero dubium est Diaconis quoque verbum Dei tractare aliquando fuisse concessum. Notum est ex Apostolorum actis, quanto spiritu & fructu Diaconorum Princeps Stephanus, de Christo Domino disputaret, & plenus gratia, & fortitudine multa signa faceret. Philippus vnus e septem Diaconis propterea in Act. Euangelista nominatur, non quod scripsisset, sed quod prædicaret Euangelium. S. Ignatius ad Philadelphenos scribens Philonem Diaconum laudat, qui sibi in sermone ministrabat; eosdemque monet, vt Episcopo & presbyteris, & diaconis attendant In Epist. verò ad Eronem Antiochiæ diaconum, lectioni (inquit) attende, vt non modo ipse leges noueris, sed etiam alijs eisdem interpreteris vt Dei athleta. Præcipue verò hoc munus Diaconi obibant persequutionis tempore in adhortandis, qui propter fidem habebantur in vinculis. Hinc Cyp. in præteritum (inquit) semper sub antecessoribus nostris factum est, vt Diaconi ad carcerem commeantes martyrum desideria, consilijs suis, & scripturarum præceptis gubernarent. Et hæc fortasse est causa, præter aueritatem auferendi thesauros, quos Diaconi custodiebant, cur persequutio acerrime eos infestaretur, quod nimirum ceteros ipsi Christianos sua industria confirmarent. Origeni quoque ante sacerdotium fuisse docendi publice munus permissum Nicephorus narrat, & cum id tamquam numquam ante factum Demetrius Alexandrinus Episcopus reprehenderet, contra esse allatis exemplis, Episcopi responderunt, postea vero res Pontificum, & Conciliorum decretis constituta, quæ in præsentia persequi necesse non est. Dubitari hic potest constituta iam Ecclesia Christiana, sicut supra de vetere quæsiuimus, stantes ne, an sedentes suas conciones antiqui nostri patres haberent. S. Thomas sic ait. Christus docuit sedens, & stans, sedens quidem discipulos Matth. 5. stans autem turbas vt hoc loco, & ideo inoleuit consuetudo in Ecclesia, vt turbis prædicetur stando, Religiosis verò, & Clericis sedendo: cuius ratio est, quia cum prædicatio ad turbas sit quasi ad eas conuertendas, fit per modum exhortationis, sed cum prædicatio ad Clerum sit quasi iam ad existentem in domo Dei, est vt quadam commemoratio. Eadem tradit in c. 5. Matth. quæ tamen, rationem facti magis conuenientem quam probabilem originem habent. Nam sui moris fuisse Christus dixit, sedendo quotidie in templo docere, vbi non solum discipulos, sed etiam turbas docebat. Et sedens docebat de nauicula

Diaconi etiã prædicabant.

Cap. 21.

Cyp. ep. 11.

Diaconi futuris martyribus prædicabant.

l. 5. c. 14.

An Concionator sederet, vel staret.

S. Thom. in Ioan. c. 7.

Christus docuit sedendo in templo.

cula turbas, uti supra diximus, & raro & solum in extraordinarijs quibusdam sermonibus stans aliquando docuit. Ceterum ad populum verba facientes stetit antiquos concionatores, multa sunt testimonia. Chryf. causa tui presbyter sedet, causa tui rectus stat doctor, laboribus, & afflictione affectus. & Hom. 16. ad pop. Ant. Nisi multam a patribus necessitatem sustinuissem, neque surrexissem, neque locutus fuisset. S. Aug. Nostis fratres quia ad panem ventris, cum labore peruenitur, quanto magis ad panem mentis cum labore statis, & auditis, sed nos enim maiore stamus, & loquimur. In Psal. 32. Adhuc quidem spectatores in theatro forte insanunt, & in sole sedent, & nos si stamus, in ymbaculo stamus. In Psal. 147. Gaudeo tantam esse voluntatem, & voluptatem in veritate verbi Dei, ut studium nostrum bonum, in bono, & de bono vincat studium insanorum currentium in amphitheatrum. Num quid illi, si tam diu starent adhuc spectarent? Hæc quidem significant morem standi fuisse. Adde quod magnus ipse Constantinus, ut in eius vita refert Euseb. cum plurimum deditus esset habendis concionibus, quod suarum esse partium existimaret, imperio suo parentes ratione regere, si qua eo dicente incidisset occasio de Theologia loquendi, in rebus diuinis erecto corpore consistebat, contractoque vultu, & depressa voce, adhibita summa prudentia, & moderatione, presentium animos celesti disciplina, initiare, ac deuouere videbatur. Ceterum ex altera parte idem S. Aug. se aliquando sedisse docet Hom. 20. lib. 50. Hom. Quare loquor? quare hic sedeo? quare uiuo? nisi hac intentione, ut cum Christo simul uiuamus? Ser. 49. de diuersis. Ut ergo vos non diu teneam, præsertim quia ego sedens loquor, vos stando laboratis. Cassio. in Trip. & Niceph. l. 13. cap. 4. verba fecisse dicit D. Chrysostomum in ambone residentem. Existimo tamen utroque modo factum, sed communiorem fuisse morem, ut stantes loquerentur nisi aut senectute, seu infirmitate id non permittente, nam & illud ex Aug. postremo loco allatum, videtur excusatio quod sederet, tamquam præter morem. Quamquam diuersis in Ecclesijs diuersi erant mores, ut Aug. aperte significat de Cath. rud. cap. 13. quem infra locum apponam. Illud præterea hic prætermitti non debet, aliquando non habitos uiua voce sermones, sed per Notarium recitados. Hoc se fecisse D. Greg. his verbis profitetur: Multis vobis lectionibus fratres charissimi, per dictatum loqui consueui; sed quia lascescente stomacho ea, quæ dictaueram, legere ipse non possum, & quof-

In Matth.
hom. 32.

Aug. tract.
19. in Ioa.

Exemplum
Constantini
Magni.
Euseb. l. 4.
c. 29.

Cassio Tr.
l. 10. c. 4.

Sermones per
Notarium reci-
tari solebant
aliquando.
l. 40. hom.
21. initio.

& quosdam vestrum mihi libenter audientes intueor, unde
 nunc a memetipso exigere volo contra meum morem, ut inter
 sacra missarum solemnia, lectionem sancti Euangelij non di-
 stando, sed colloquendo edisseram; sicque excipiatur, ut loqui-
 mur; quia colloquutionis vox corda torpentia plusquam ser-
 mo lectionis excitat; & quasi quadam manu sollicitudinis, ut
 euigilent pulsat. Et in prologo earundem homiliarum sic ait:
 inter sacra missarum solemnia ex his, quae diebus certis in
 hac Ecclesia legi ex more solent, sancti Euangelij 40. lectiones
 exposui, & quarundam quidem expositio, assistenti plebi est
 per notarium recitata, quarundam vero explanationem coram
 populo ipse loquutus sum; atque ita ut loquebar excepta
 est. Hic mos non solum habendi, sed & recitandi conciones vi-
 detur fuisse causa, cur S. Augustinus, Psalmum 118. per Sermones
 explicauerit. Nam statui (inquit) per sermones id facere,
 qui proferuntur in populis; quas Graeci homilias vocant. hoc
 enim iustius esse arbitror, ut Conuentus Ecclesiastici non fratri-
 dentur Psalmi huius intelligentia, cuius ut aliorum, delectari
 assolent cantilena. In Synodo Vasensi ita decernitur si praesby-
 ter aliqua infirmitate prohibente, per seipsum non potuerit
 predicare; sanctorum Patrum Homilia a Diaconis recitentur.
 Videndum autem est nunc significet se scripto dixisse S. Aug. seu
 Fulgentius Serm. 6. de sanctis, dum ita orditur, quoniam video
 nostras disputationes, graphio ceraque ligari, & nequaquam
 sumus idonei lectitare, adiuuate me ipsum, quae so. intercessu
 vestro, fortasse non lectitare sed dictare legendum sit, quod di-
 xerit quia videbat excipere scripto suas disputationes. Nam
 fuisse morem excipiendi praeter locum ex S. Greg. paulo ante
 eitatum, non raro ostendit S. August. praesertim dum Psalmos
 enarrat, & testatur in eius vita Possidius, & Metaphrastes in
 vita Chryf. & colligitur ex Socrate ubi ut ostendat Attici Pa-
 triarchae Constantinopolitani conciones, nullo in pretio habi-
 tas, neminem fuisse ait, qui eas scriberet. Ex dictis apparet
 priscos concionatores sapissime colloquutione vfos non de scri-
 pto legisse, non raro tamen eorum Sermones lectos fuisse. Pos-
 sunt his addi duo alia primum de modo indicendi silentium,
 Act. 13. dicitur surgens autem Paulus, & manu silentium indi-
 cens ubi Chryf. ait fuisse eum morem Iudaeis quod ex cap. etiam
 19. Actorum potest intelligi ubi dicitur. Alexander autem ma-
 nu silentio postulato volebat reddere rationem populo & cap.
 21. Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem, & magno
 silentio

Syno. Vas.
can. 4.

Scripto sole-
bant excipi
conciones no-
numquam.
Ex Tripa-
list. lib. 11.
6. 2.

Modus indi-
cendi silen-
tium.

silentio facto allocutus est lingua Hebræa, & cap. 12. de Petro, annuens ait eis manu, ut tacerent, narrauit, quomodo Dominus eduxisset eum de carcere. Non tamen S. Chrysol. tantum Iudæis affirmat hunc morem fuisse, quare non mirum si apud alias gentes inueniatur. Porro inter primos Christianos Diaconus voce clara ante sacram lectionem solebat silentium

imperare, ut constat ex Clem. & alibi, ita præcipit: Diaconus
 1.2.c.57. et
 1.8.cap.11. populum speculetur, ne quis murmure obstrepat, dormitet, aut nutus faciat, oportet enim stare in Ecclesia sapienter, sobrie, & vigilanter auribus ad verbu Domini intentis. S. Chryf. Hom. 19. in Acta. Stat minister, communis minister alta voce clamat, ac dicit attendamus, & sapius illam vocem clamat. Hæc communis Ecclesiæ est, quam ille emittit, & nullus attendit. Post

illam incipit Lector. Secundum est de salutatione Angelica, quam nunc ante concionem pronunciamus. Cuius instituti ante
 Salutio An
 gelica ante
 concionem. te B. Vincentium Ferrerium, qui solet præmittere suis Sermonibus, salutetur B. Virgo, Auctorem nullum inueni. Arbitror, esse recens institutum, & inductum forte propter Hæreses in B. Virginem exortas, cum ipsa sit, quæ omnes Hæreses interimere queat. Adde quod in hac oratione mentio fit Incarnati Verbi, cuius mysteria maxime prædicanda sunt, ut Paulus Ti-

Aug. 4. de
 doc. c. 15.
 Chryf. bo. 3
 de incomp.
 Dei nat. tum monet Hæc loquere, & exhortare. Oratio certe ante concionem semper usurpata fuit, & passim in suorum Sermonum initio S. Patres legimus orationes populi postulare, Nec vero dubitari debet morem inchoandi à signo Crucis esse peranti-

quum. Cum enim dicat Tertull. Ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum ad calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcumque nos conuersatio exercet, frontem Crucis signaculo terimus, quis ambigat, & concionem auspiciaturos idem fecisse? Corippus quidem Grammaticus Africanus dum versu orationem exequitur, quam Iustinus Imperator ad populum habuit statim ut accepit insignia Imperij anno, ut Baronio placet quingentesimo sexagesimo quinto, hæc canit.

Ipsæ coronatus solium conscendit auitum,
 Atque Crucis faciens signum venerabile, sedit.
 Erectaque manu cuncto præsentè Senatu.
 Ore pio hæc ait.

Consueverant interesse concionibus, non Christiani solum sed etiam cathecumeni, quod vulgatum est: sed confiderandum quid sibi velit Ambrosius dum ait post lectiones atque tractatum dimissis cathecumenis symbolū aliquibus competentibus, in baptisterijs tradebam basilicæ, ijdem enim videntur esse competentes, & cathecumeni. Extat sermo S. Aug. ad competentes, vbi & ipsum vocabulum non aliunde, quam de simul petendo, atque vnum aliquid appetendo compositum dicit. Quod si qua distinctio est, ea videtur posse tradi, vt cathecumeni omnes dicerentur; quamquam Baptisimum in præfens differrent: Competentes autem ij præcipue, qui peterent innoxque essent suscepturi: quæ distinctio videtur confirmari ex verbis S. Augustini de Victorino loquentis. Vbi autem imbutus est primis instructionum sacramentis (nempe inter cathecumenos) non multo post etiam nomen dedit, vt per baptisimum regeneraretur (scilicet inter competetes adscriptus) Dimittantur autem post sermonem cathecumeni; vnde Augustinus. Ecce (inquit) post sermonem fit missa cathecumenis, manebūt fideles, idest missio fit cathecumenorum, vnde & missa cathecumenorum; pro ea parte, quæ vsque ad oblationem continetur, nomen accepit. Nec hi solum ad sermonem conuenire poterant, sed etiam Hæretici, Pagani, Iudæi. Ita habetur de cons. & in Carthag. 4. cap. 84. Severe etiam obseruatum est, vt ante benedictionem fidelium nemo discederet: quin & Canon extat Conc. Carth. in hæc verba. Sacerdote in Ecclesia Dei verba faciente, qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur, & in Conc. Agathensi statutum est, ne ante Sacerdotis benedictionem populus egredi præsumat: quod si qui fecerint ab Episcopo publice confundantur. Cui decreto occasionem dedit Cæsarius, qui concilio præerat, cuius historiam si lubet, vide apud Surium die 27. Augusti. Intererat autem populus, separatim viris, feminisq. discretis, quem morem egregiè describit Philo Iudæus dum de Essæis agit, per sex dies (inquit) seorsum quisque in suis illis modo dictis Monasterijs philosophantur, non progredientes foras; imo ne prospicientes quidem: septima verò conueniunt in cætum communem, & iuxta ætatis ordinem confidunt, decenti habitu, manus continentibus sub pallio, dextram inter pectus barbamque sinistram appli-

Omnes inter esse poterant concioni.

Epist. 33.

Ser. 8. de diuersis.

Competetes qui sint.

Lib. confes. 8. c. 2.

Ser. 237.

Missio Cathecumenorum.

dist. 1. c. 66.

Carth. c. 24

Separati viri à mulieribus. Philo de vit. cont.

appli-

applicatam lateri Tum progressus in medium natu maximus
 disserit; & post pauca reliqui omnes auscultant per summum
 silentium, annutantes oculis tantum, aut capite. Id commune
 femineum, in quod septimo quoque die conueniunt, septo clau-
 ditur duplici, separatis virorum, & mulierum catibus. Nam
 mulieres quoque simul auscultant ex more, dumtaxat quæ in-
 stitutum idem sectantur: medius autem paries à solo surgit,
 eribus quattuorue cubitis, in modum loricae: superiora vs-
 que ad tectum patent, vnde gemina prouenit commoditas, &
 quod pudori feminei sexus consultitur, & quod verba doctoris
 exaudiuntur facile, absque vllis obstaculis, quæ vocem eius
 intercipient. Hac Philo de Esais refert, quos fuisse primos
 Christianos sub Sancto Marco in Ecclesia Alexandrina docet
 Hieron. sequutus Euseb. l. 2. hist. c. 15. Idem asserit Epiph. qui
 etiam Esaios ait esse dictos quasi Iesios à Iesu; Idemque signi-
 ficat Cass. de Inst. can. sed nobis non est hic immorandum quia
 esset digredi extra institutū, legat qui velit Baron. anno Chri-
 sti 64. qui horum patrum testimonia allatis etiam rationibus
 confirmat. Sed redeuntes ad id quod dicebamus Clemens ita
 inquit. Sit autem horum cura (idest diaconorum) vt laici, in
 altera parte, ordine, decore, & quiete sedeant. Item vt sedeant
 mulieres separatim, & cum silentio, ne, vt ait Cyr. Hierol. in
 præfatione ad cathecheses, studium salutis sit perditionis oc-
 casio. Sanctus Augustinus. Populi (ait) confluunt ad Eccle-
 sias casta celebritate, honesta vtriusque sexus discretionem,
 vbi audiant quam bene hic ad tempus viuere debeant, vt
 post hanc vitam beate, semperque viuere mereantur. Vbi
 sancta scriptura iustitiæque doctrina de superiore loco in con-
 spectu omnium personante, & qui faciunt, audiant ad præ-
 mium, & qui non faciunt, audiant ad iudicium. Sanctus
 Chr. Oportet quidem interiore pariete à mulieribus dissep-
 rari (idest viros) Verum quoniam non vultis, ideo necessarium
 esse patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos
 dissep rari. audiui autem ego à senioribus non fuisse hos pa-
 rietes ab initio (intellige primis statim annis nascentis Ecce-
 sie) Caterum ab initio ex ipsis Apostolorum temporibus cepit
 se hanc separationem inter viros ac mulieres, ex citato Clemen-
 tis loco potest intelligi. Cum autem improbitas paulatim
 cresceret, etiam septa plerisque locis adiecta conijci potest
 Apud Græcos, vel certe Constantinopoli in sublimi tabulato
 feminae considebant, cui etiam velum S. Chryf. vt in eius vita

Meta-

Esai an esset
 Christianus
 In l. de ser.
 Eccl. in
 Marco, &
 in Philone.
 Epiph. her.
 29.

l. 2. c. 5.
 l. 2. c. 5. et 7

August. de
 ciu. Dei l. 2
 6. 27.

Chr. ho. 74.
 in Matth.

Metaphrastes narrat, obtendi iussit, cum vnus ministrorum fa-
 crorum, aliquando oculum in despectantem feminam contie-
 cisset. Huius tabulati & Naz. in somnio meminit, quod infra
 ponetur. Ostendit, præter hæc, idoneis testimonijs Io. Steph.
 Durantius Mares in australi parte, Fœminas in boreali consti-
 tisse. Item virgines à cæteris mulieribus in Ecclesia fuisse di-
 seretas, ostendit etiam S. Ambr. Nonne (inquit) vel illum locū
 tabulis separatum, in quo in Ecclesia stabas, recordari debui-
 sti? Totus vero populus separatus erat à clero, nam templū
 olim, duas præcipue habebant partes, quarum altera gradi-
 bus sublimior, Clero, Altera humilior, Populo erat destinata,
 & quidem eæ partes apud Græcos, etiam cancellis dirimeban-
 tur, quos præclare Naz. in carmine ad Episcopos, significare
 ait duos mundos, alterum stabilem, alterum fluentem, ho-
 mines, ac diuos.

*Durant. de
 Rit. Eccl. l. c. 18.
 l. ad Virg. l. c. 6.
 Populus à
 clero separa-
 tus.*

Hos quoque (inquit) qui mundos dirimunt, quorum effluit

Alter at vsque viget, stabilisq. in secula durat

Diuosq. atque homines discludunt limite certo

Cancellis, &c. Iam vero an auditores stantes concioni

adescent an sedentes colligi ex dictis potest: sed est distinctius

explicandum: Populum in Africa stantem audiuisset, sæpe Aug.

offendit cum ait: Non in his sermonibus, sed in alijs laboriosis

litteris querat, nec stando & audiendo, sed potius sedendo &

legendo condiscat. Hom. 26. ex l. 50. Hom. vbi fecisset pote-

statem sedendi quibusdam infirmioribus, & femina alia non

infirmæ eam sibi licentiam sumerent, & prosternerent se se, &

garrirent, rogat vt saltem sedeant & taceant. Verum alius in

alijs Ecclesijs mos erat. Idem Aug. cum dixisset occurrendam

tædio cathæcumeni, oblata ei sessione, subdit. Quamquam

sine dubitatione melius fiat, vbi decenter fieri potest, vt à prin-

cipio sedens audiat longeque consultius in quibusdam Eccle-

sijs transmarinis, non solum Antistites sedentes loquuntur, sed

ipsi etiam populo sedilia subiacent, ne quisquam infirmior stā-

do lassatus, à saluberrima attentione auertatur, aut etiam

cogatur abscedere. Addamus hic laude ac imitatione dignum

Magni Constantini exemplum, qui ipsummet Eusebium, qui

hæc scripsit auditorus in Basilica, rogatus vt in preparato

confederet solio, recusauit, cumque iam multum temporis flu-

xisset, & finem facere Eusebius veller, ne nimium Imperator

defatigaretur, ille restitit, & ad sermonem absoluendum hor-

tatus

*An populus
 stas audiret.
 Aug. tract. 112. in Io.
 initio.*

*De cathæc.
 rud. c. 13.*

*Constantini
 Magni exem-
 plum.
 Euseb. l. 4.
 de vi. Cōst.
 c. 33.*

tatus est. Cum vero Eusebius rursus flagiraret, ut sederet, subtristi, & austero vultu respondit, nefas esse institutis de Deo disputationibus, negligentibus aures præbere. sibi verò esse hoc imprimis utile, cum pium sit de diuinis rebus differentes, erectos audire.] Præterea illud etiam hic adijciamus. Valde olim viguisse in populo plaudendi morem magna ex parte reprehendendum. De quo fuse, & optimè Chrysost. ad popul.

Acclamatio-
nes, & plau-
sus.

Chr. ho. 38.
ad pop. An.

etc.

Hieron. ad
Nep. de vi.
etc.

Ser. 44.

etc.

Antiochen. & alibi vehementer instat, ut prava illa consuetudo tollatur, hom. 28. Laudastis (inquit) dicta: sed plausibus mihi non est opus, neque laudantium vocibus & tumultu; unum dumtaxat volo, ut cum quiete, & intelligentia audientes, quæ dicuntur, faciatis. Hoc mihi pro plausu, hoc pro laudationibus. Eandem significauit immodicam plaudendi consuetudinem Nazianzenus, cum interrogante S. Hieronymo, ut ipse idem refert Hieronymus, quid sibi vellet in Luca sabbatum *ἡ τὸν ἡμέραν*, eleganter iussit: Docebo te (inquit) super hac re in Ecclesia, in qua mihi omni populo acclamante, cogaris inuitus scire, quod nescis, aut certe si solus taceris, solus ab omnibus stultitiæ condemnaberis. Quibus verbis magnus ille Theologus significauit, plausus fieri solitos à populo etiam ad ea, quæ non intelligeret. Quod euenit S. Augustino, cum, ut legitur serm. 47. de diuersis; ante solutam questionem, populus acclamauit. Quare ipse subiecit: quid enim dixi? quid laudastis? Ecce questio est, & tamen iam laudastis.] & serm. 3. de malis Christianis: Neque mirerini (inquit) multitudinem malorum Christianorum, qui Ecclesiam implent, qui ad altare communicant, qui Episcopum, vel Præbyterum de bonis moribus disputantem, magnis vocibus laudant.] In verba tamen Psalmi 147. qui posuit fines suos pacem: cum populus acclamasset, subiecit potius laudans, quomodo exultatis omnes, nihil dixeram, nihil exposueram, versum pronunciaui, & exclamastis?]

De Tempore. Cap. IV.

Die dominice
habebatur
sermones.

Act. 20.

Tempus, quo sermones habebantur ad populum, inde usque à temporibus apostolicis, cepit esse dominicus dies, qui successit Christianis, loco Sabbati Iudæorum; & colligitur ex Act. vbi dicitur: Vna autem Sabbati cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat profecturus in crastinum, quo loco vna Sabbati, ut apud Matth.

Prima

Prima sabbati est dies prima post sabbatum, idest dominica. Clemens: Die dominico, qui est dies Resurrectionis, studiosius templum domini adite, vt Deum laudibus celebretis, qui fecit omnia per Christum, quem ad nos misit, & pro nobis morti permisit, & a mortuis excitauit: quid enim apud dominum excusare poterit, qui eo die ad audiendum verbum Dei salutare non conuenit?] Iustin. Die, qui Solis dicitur, omnes qui in opibus vel agris morantur, vnum in locum conueniunt, commentariaq; Apostolorum, vel Prophetarum scripta leguntur, quãdiu hora patitur, deinde vbi is, qui legit desistit, is qui præest admonet & hortatur, vt ea quæ lecta sunt bona imitemur. Tum surgimus omnes & comprecamur.] S. Aug. se ipsum narrat solitum Mediolani omni die dominico audire S. Ambrosium, verbum veritatis recte tractantem. Hinc præclara illa Chrysostomi admonitio, vt totus dies ponatur in recolendis auditis: cum enim reprehendisset auditores, quod conceptam in sermone audiendo deuotionem, statim digressi perderent, & saltem imitandam dixisset curam hominum in custodienda pecunia, subdit: Paucos enim plerumque nummos cum aliquis accipit, & sollicitè reponit in sacculo, & diligenter obfignat sigillo, Nos verò postquam longe auro, gemmisq; pretiosiora suscepimus eloquia, & inestimabiles spiritualium opes bonorum, neque ea in thesauro animorum recondimus continenda, sed passim atque negligenter mentes nostras effluere permittimus. & post pauca. Ne igitur ista contingant, legem hanc nobis statuamus immobilem, nec nobis tantum, sed coniugibus etiam liberisq; nostris, vt vnum hunc totius hebdomadis diem, quo ad audiendum concurritur, totum in eorum quæ dicuntur meditatione ponamus.] habebantur autem fere sermones dum fiebat sacrificium intra missarum solennia post Euangelium solenni ritu à Diacono recitatum. Vide apud Clem. D. August. ex lecto Euangelio, & alijs lectionibus recitatis sæpe exorditur. Ita facit præcipue ser. 7. de ver. apostol. & ser. 237. de tempore. Aliquando & ante Euangelium tractatus fiebat. nam ser. 90. de tempore ait: In lectione quæ nobis ad missas legenda est. Et sine dubio habebatur interdum exhortatio extra Missæ tempus. Non solum autem dominicis, sed etiam diebus festis Sanctorum, præcipue martyrum, fuisse morem concionandi satis declarant ipsi, qui extant Sanctorum Patrum sermones. Quibus diebus etiam solebat ipsorum martyrum historia recitari, vt passim videre est in sermonibus S. Aug. de sanctis. Immo

Const. ap. c. 59.

Iust. 2. ad Ant. apolog. ad finem.

Post concionem simul precabantur.

Lib. confes. 6. c. 3.

Chri. bo. 3. in Matth.

Dies festus in meditatione expendendus.

Clem. 1. 2. c. 57.

In festis Sanctorum conciones fiebant.

B hic

hic accuratissimus Pastor etiam, quæ recens accidissent miracula digna cognitu, recitari iubebat. Vide ser. 31. de diuersis, & 39. vbi sunt hæc verba, Ego quia mando memoria de libellis miraculorum martyris, quæ in conspectu vestro leguntur.] Alexandrinis fuisse morem proprium narrat Niceph. vt quarta hebdomadis die, & ea quæ Parasceue dicitur (idest feria sexta) scripturas legerent, & Doctores eas exponerent. In Cypro autem, & Casarea Cappadocum eas in sabbato, & Dominico die, vesperi post lucernarum accensionem Episcopi, & Presbyteri interpretarentur. Nec Dominicis solum festisque diebus, sed sæpe quotidie sermones habebantur à diligentibus ac doctis pastoribus: multæ in S. Chryf. habitæ leguntur homilia continuis deinceps diebus: multæ in S. Aug. vt apparet ex ipsa mentione hesterni sermonis, vel crastini. Tract. 8. in Io. in fine: Sunt forte hodie multi, qui propter solennitatem diei, non propter audiendum sermonem venerunt, crastino qui venerint, venient audituri, vt nec fraudemus studiosos, nec grauemus studiosos.] In prohemio tractatum in Epistolam B. Ioannis. Meminit sanctitas vestra Euangelium sancti Ioannis, ex ordine lectionum, nos tractare solere, sed quia nunc interposita est solennitas sanctorum dierum, quibus certas ex Euangelio lectiones oportet in Ecclesia recitari, quæ ita sunt annuæ, vt aliæ esse non possint; ordo ille quem susceperamus necessitate paululum intermissus est, non omissus. Cum autem cogitarem quid secundum hilaritatem presentium dierum, per hanc hebdomadam vobiscum de scripturis agerem, quantum Dominus donare dignatur, quod posset in his septem, vel octo diebus finiri, occurrit mihi Epistola B. Ioannis.] & tract. 9. in eam Epistolam initio: Intercesserunt autem, vt intermitteremus textum huius epistolæ, quædam pro diebus festis solennia lectionum, quæ non potuerunt nisi legi & ipsa tractari, nunc ergo ad prætermisum ordinem redeamus.] Hinc intelligimus tractatus in Euangelium, & in Epistol. S. Ioannis habitos perpetuis fere diebus. Vide à tractatu 15. ad 33. Idemq; in multis psalmorum enarrationibus animaduertere licet. Verum maximus hic doctor, velut perennis diuinæ sapientiæ fluius bis eodem die aliquando populum alloquebatur. Secundam concionem in psal. 88. ita exorditur. Ad reliqua psalmi de quo in matutino loquuti sumus, animum intendite,] & priorem sic terminarat, Quod restat si placet seruemus, quia longus est psalmus, & adhuc vobiscum aliquid in nomine Christi sumus acturi. Rescite vires

Aliquando
bis in die ha-
bebantur con-
ciones.

vires non dico animi vestri, nam video quod animo infatigabiles estis, reficimini, & refecti ad cibos redite.] Hanc sermonum frequentiam habebant, præcipuè in tractatibus, cum librum aliquem è sacra scriptura interpretandum ordine ad populum suscipiebant, idque hoc ordine fiebat. Prius recitabat lector eam partem sacrae scripturae, quam tractator erat expofiturus, S. Aug. Hucusque (inquit) Psalmus lectus est hodie, *In 1. parte ps. 39.* hucusque tractandus est.] Itaque vt commodum erat ad vnus sermonis explicationem, ita diuidebant lectiones, quæ scilicet voluntariæ erant; nam quæ iam certis temporibus fixæ ac stabilitæ legebantur, de ijs nihil immutabant. Ferebat autem vel ipsemet suum codicem tractator, vel accipiebat à lectore. Augustinus pauca præfatus. Ipsa (inquit) de libro Act. Apostol. vobis lectio recitabitur, vt videatis vbi descripta sit forma, quam desideramus implere. Dum ergo recitatur, vos attentissimos esse volo, vt post eius recitationem, quod institui, loquar. & subditur: Lazarus Diaconus legit. & mox: Cumque Lazarus Diaconus recitasset, & Episcopo Codicem tradidisset, Augustinus Episcopus dixit. Ego etiam legere volo, plus enim me delectat huius verbi esse lectorem, quam verbi mei disputatorem.] Fuisse autem ordinarium morem, vt codicem tractator in manibus haberet, apparet tract. 15. in Ioan. Hoc lectum est, & hanc lectionem tractandam in manibus gestamus, tract. 35. in fine: Depositurus sum & ego codicem istum, tract. sequenti: & tamen etiã nos humi repetes, audemus tractare ista &c. quare ista dixi? forte enim post hæc verba, quibusquam mihi iuste dicat: pone ergo codicem, quod excedit mensuram tuam, quid sumis in manum tuam?] tract. 40. De Evangelio S. Ioannis, quod gestare nos videtis in manibus, iam multa audiuit charitas vestra. Apparet autem ipsummet, prout explicabat, solitum particulatim legere ex multis locis. tract. 45. in Ioã. Legamus ergo. Quia venturus est &c. ser. 45. de diuersis: Hoc quod gestamus in manibus, scriptura scilicet, quam videtis, commendat nobis inquirendam, & laudandam mulierem quamdam, de qua paulo ante cum legeretur audistis, de hac, secundum lectionis tenorem, quam me portare conspiciatis, pauca pro tempore, quæ Dominus suggererit dicam.] In Psal. 127. Quamquam cum cantaretur audiuimus, quia breuis est curro eum, non tractans, sed legens. In Psal. 21. Quid si mihi aliquis dicat: O stulte quid interrogas? Codicem portas, legamus igitur quod modò dictum est.

est. In Psal. 79. Tamquam eruditi in schola Christi currere debemus quæ plana sunt; vt si forte obscura exigunt officium interpretandi, ea quæ plana sunt, legendi officium à me debeant efflagitare. S. Chrysostomus, in prima quam habuit homilia, aliquot etiam versus è Psalmo 148. legisse videtur, cum aliud tamen tractaret. ait enim. Cæterum, vt vobis quod dico, fiat euidentius, ipsum Psalmum ab initio vobis prælegemus. & S. Augustinus ipsum S. Cypriani volumen pro concione legit, ser. 14. de verbis Apostoli. Rogo (inquit) vos, vt paululum acquiescatis: lego tantum. S. Cyprianus est, quem in manibus sumpsi, antiquus Episcopus sedis huius. Quæ authorum ipsorum prolatio, nescio quod maius & fidei, & authoritatis pondus suo loco habet: & posset aliquando à nostris fieri, quamuis non sit vsus.

De loco. Cap. V.

Vbique prædicatio haberi potest.

Locus sacrarum Concionum semper fuit is, qui iudicaretur ad frequentiam aptus, & hoc significat, vt sæpe est in Prophetis & Psalmis, Dei nomen laudandum in portis. S. Ioan. Baptista erat prædicans in deserto, cum multitudo ad eum conflueret. Christus Dominus in monte, in littore, etiam in domibus priuatis docuit: idque magna cura faciendū, & conquirendos etiam auditores, ostendit parabola illa Matth. 22. cum Dominus nuptiarum misit seruos in exitus viarum, & vt addit Lucas, in vicos & plateas Ciuitatis, in vias & sepes iubens etiam compellere intrare, vt impleretur domus. Et huc videtur spectare quod dicitur in Prou. Sapiëntia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum Urbis profert verba sua. Eam sedulitatem secuti Apostoli vbicunque se ferebat occasio, diuina spargebant semina, eumque imitati morem apostolici viri, S. Vincentius Ferrerius, Petrus Martyr, Antonius de Padua, Bernardinus Senensis, & alij magnas attulere promiscuæ multitudini utilitates. Et sanè egregium est opus charitatis hominibus in foro desidentibus, nec alioqui Ecclesiam adituris, diuina monita intonare. Sanctus Nicolaus Tolentinas eum audiret in platea Concionantem, ita commotus est, vt ex accepta ibi semente, tam vberes deinde fruges sanctitatis ediderit. Propterea etiã Summi Pontifices eam in publicis foris concionandi consuetudinem comprobantes, multis religiosorum familijs priuilegia proprijs

Prædicatio in plateis.

proprijs decretis concessare, vt apparet Clementina Dudum
 de sepult. & extran. Inter cunctos de priuil. & alibi. Hæc omnia,
 quamquam vera sunt, tamen proprius locus semper fuit
 vel Templum, ac Synagoga apud Hebræos, vel Oratoria, &
 Ecclesia apud Christianos. Ideo Dominus: Ego semper docui
 (inquit) in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt,
 & de Paulo & de Barnaba dicitur: Prædicabant verbum
 Dei in Synagogis Iudæorum. Vbi vero Christiani suas habere
 ceperunt Ecclesias, apertius est, quam vt debeant testimonijs
 comprobari, in ijs solitos legere sacros libros, interpretari, &
 alios ad recte mores instituendos habere sermones. Euseb. ex
 Philone I. de vita supplicum refert, Christianos in omnibus locis
 constituisse sacras ædes ad celebranda misteria, & sacros
 libros legendos. Iustinus docet Christianos conuenire solitos
 ad certum locum, ad verbum Dei audiendum, & Eucharistie
 administrationem. Clem. ait Petrum conuenisse domum
 Theophili Antiochiæ in Ecclesiam, & ibi cathedram constituisse
 ad docendum. Quin & ipsa Ecclesia vox primo significat
 ipsum conuentum & congregationem, sicut latine concilio
 ipsum catum auditorum, deinde etiam locum ipsum, quo conueniunt,
 quod in hunc finem institutus sit locus, vt eo se congreget
 populus ad diuinum cultum, non, vt Calvinista mentiuntur,
 ad solum Dei verbum audiendum. Illud difficilius est, ex quo
 Ecclesia loco sermo haberetur. Certum est fuisse locum aliquem
 editiorem, vnde conspicitur prædicator, & audiri commodius
 possit. Hinc S. Augustinus: Quamuis (ait) propter commoditatem
 depromenda vocis altiore loco stare videamur, tamen in ipso
 altiore loco vos iudicatis, & nos iudicamur: doctores dicimur,
 sed in multis doctorem quarimus.] Dubitari autem potest,
 idem nẽ locus Episcopo, & sedendi in Templo, & conacionandi
 esset: Videtur significare diuersum S. Ambrosius epist. 33. in qua
 referens habitum absẽ sermonem delectione Iob, Vnum Iob (inquit)
 miraturus ascenderam: Omnes, Iob (id est multos Iob similes)
 quos mirarer intieni.] Dum enim miraturus Iob ascendit,
 proculdubio locum petit, vnde de Iob loquitur. At mihi quidem
 hequaquam est simile vero, si loquatur de ordinario more,
 vt ex sua sella digressus locum alium diciturus conscenderet,
 & S. August. significat eundem fuisse locum dum hæc scribit.
 Et Episcopi hæc faciunt: (id est custodiunt) nam ideo altior
 locus positus est Episcopis, vt ipsi superintendant, & tamquam
 custodiant populum, Nam & grece, quod

Templum est proprius conacionum locus.

Ioan. 18. Act. 13.

lib. 2. hist. c. 14.

Iustin. 1. Apo. Clem. 110. Reco. 1.

Ex quo loco Ecclesia conacio haberet.

Aug. serm. 112. de diuer.

In ps. 126.



quod dicitur Episcopus, hoc latine superintendor interpretatur, quia superintendit, quia desuper videt. Quomodo enim vinitori altior sit locus ad custodiendam vineam, sic Episcopis altior locus factus est: & de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus vestris simus: & mox, Tamquam vobis ex hoc loco doctores sumus, sed sub illo vno magistro in hac schola discipuli sumus.] En ex eodem loquitur loco qui paratus erat in Ecclesia Episcopo, vbi etiam ad diuina confisteret, S. Greg. Naz. Constantinopolitanae Ecclesiae Episcopus intra cancellos concionabatur, ut ex ipso met liquet, vbi de multitudine auditorum ad cancellos se protrudente, ut orationem audiret, meminit, praesertim in oratione ad centum quinquaginta Episcopos, & alios idem fecisse.

*Vide Baro-
nium, anno
Chr. 407.* Sed D. Chryst. ob auditorum frequentiam, suggestum in medio Ecclesiae collocauit. D. August. Exedram vocat locum illum celsiorem, vbi, & Episcopo erat sedes constituta, & sedilia Presbyteris locata, quibus solis coram Episcopo sedere licebat. De fratre ac sorore, miraculo sancti Stephani sanatis loquens, In gradibus, inquit, Exedrae, in qua de superiore loco loquebar, feci stare ambos fratres, cum eorum legeretur libellus. & alibi disputans de anima, quae casto Dei timore praedita sit. Putas est (inquit) in hoc populo? putas est in ista exedra? putas est in hac terra? Vbi populus & exedra opponuntur, & idem est ac si diceretur, num in Laicis, num in Ecclesiasticis hominibus reperitur? Hic locus hodie vulgo chorus vocatur, & eundem per Absidam idem Aug. significat, vbi puellam curatam dicit reductam ad Absidam, vbi prius steterat: stetit enim prius in Exedra gradibus, citato de Ciui. Dei loco dixerat. & ad Maximinum Episcopum Donatistam. In futuro Christi iudicio nec absida gradata, nec cathedra velata, nec sanctimonialium occurrentium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem vbi caperit accusare conscientia, & conscientiarum arbiter iudicare.] Quo loco cum honores, qui Episcopis habebantur, enumeret, intelligimus etiam velari, id est honorifico tegi stragulo solitas eorum cathedras, quae in Exedra, & Apside erant hic enim apsis significat vltimam illam templi partem, in quam templi aula desinebat gradibus sublatam, & in concha modum sinuatam. vnde & concha S. Paulinus appellat, quam & describens ait.

Ep. 203.

Absida.

*Epist. ad
Ses. 12.* Apsidem solo, & parietibus marmoratam camera musiuo illusa clarificat. Hanc hodie vulgo Itali Tribunalam vocamus ex eo, nisi

eo, nisi fallor, quod in medio illo sinu iunctum parietis tribunal erat, id est Episcopi Cathedra, ut etiam nunc in vetustis Basilicis cernitur, ex qua tamquam pro tribunali Euangelium predicans iura diuina promebat. Et hoc est quod Prud. in fine carminis de S. Hippolyto, dum eius Basilicam describit, canit:

Fronte sub aduersa gradibus sublime Tribunal

Tollitur, Antistes predicat vnde Deum.

Idem opinor, Ep. ad Alexium, per apostolicum solium S. Paulinus intelligit, dum loquens de S. Petri Basilica. Vel quod sub alto sui culminis (inquit) medijs ampla laquearibus longum patet, & apostolico eminus folio coruscans ingredientium lumina stringit, & corda latificat.] Nec vero absida seu absis vel apsis, ut S. quoque Paulinus dubitat, idem est quod Exedra omnino, sed pro eodem interdum accipitur, quod Exedra fere ad apsidem erat. His de sella Episcopi allatis, haud obscurum minus est quaestio, vnde presbyterorum conciones haberentur. Pulpitum Cypr. (ex editione Paimmelij) atque per honorificam interpretationem Ecclesiae tribunal, appellat suggestum in quo per Diaconum elata voce Euangelium in Missae sacrificio recitabatur, quem locum ordo Romanus, & passim alij rituales auctores Ambonem appellant, ab ambiendo, quod intrantem ambiat, vel quod ipse vtrinque gradibus ambiatur, deducetes, cum verius sit nomen graecum, & quemlibet editum locum significet, quare & suggestum cantorum in Laodiceo Conc. can. 15. Ambo vocatur, & eodem nomine suggestum, vnde S. Chrys. Constantinopoli sermones habere solebat, appellatur à Soctra-

2. Discipul
28. 1. 1. 1. 1.

Ep. 12. ad
Seuerum.

Ep. 33. &
34.
Ambo quid
sit.

lib. 6. c. 5.

Ho. 16. ad
pop. Ant.

Homil. 28.
ex 30.

Insomniis S.
Greg. Naz.

somnium describens suum, pleraque a nobis dictorum complectitur. *Suauiter* (inquit) dormiebam, cum repente Anastasia se se mihi in somnis obtulit, subijcit in somnium his verbis: sublimi quidem throno, sed non elato, aut supercilioso animo (neque enim, ne per somnum quidem, superbiam unquam, vel arrogantiam colui) insidere mihi videbar, vtrinque porro, inferioribus tamen subsellijs presbyteri, hoc est, gregis Christiani duces confidebant. At vero Diaconi candidis vestibus ornati stabant, angelici splendoris speciem præferentes, plebs autem partim circum cancellos, apud more fusa erat, (Certatim enim omnes incumbebant, ut proximum quemque suggesto nostro locum obtinerent) partim ad me audiendum confluentis, vestibuli angustia premebatur, auribus nimirum, ac pedibus aequè festinans, partim ex foro vicisque Urbis ad sermones meos accurrebat, at vero sanctæ Virgines viæ cum grauibz matronis, è sublimi tecto, castissimas sermonibus meis aures inclinabant, nam hunc quoque mihi ludum nox fingebat. Distinctim autem plebs stabat, sermonis nostri audiendi cupiditate flagrans; Alij humilem, facilemque exposcebant, ij nempè, qui sursum tendere vel nolebant, vel certe nesciebant. Alij contra volubile ac excelsum dicendi genus flagitabant, hi nimirum, quibus altissima quæque, tam sacra quam prophana sapientiæ dogmata inuestigare ac perscrutari cura erat. Mihi verò sola adoranda Trinitas triplici pulchritudine splendens ex ore fluebat, idque & robusta voce, firmisque lateribus, & vehementi aduersariorum dogmatum insectatione faciebam. Atque alij quidem sermonem nostrum miris laudibus efferebant, alij silentio atque admiratione defixi tenebantur, alij partim verbis, partim animo solo stridebant, alij denique velut fluctus quidam vento excitati pugnabant. Et addit: Omnes ego orationis suauitate demulcebam; hac ego voluptate perfruebar, cum subito mihi gallorum cantus somnum, simulque cum somno Anastasiam ex oculis excussit. Sed nos ad officium oratoris descendamus.

Officium ac finis Christiani Oratoris Cap. V I.

Statuendum principio est, quodnam sit nostri concionatoris munus, & in quem finem omnis eius oratio, ac diligentia dirigatur. Hoc enim bene perspecto, facile apparebit, & qualem ipsum oporteat esse moribus, ac scientia; & quo dicendi ge-

di generè, & qua prudentia, & industria uti debeat, quæ sunt tres operis huius partes: cum ex officio, & sine proposito, eorum, quæ ad finem consequendum adhibentur, cognitio & modus pendeat. Neque verò in facultatis cuiusquam professore, quæcunque tandem ea sit, aliud desiderari iure potest, nisi ut illa præstet, quæ muneris sui ratio postulat; quemadmodum, & contrario merito argui solet is, qui artem quampiam sibi arrogans, non ea teneat, quæ ad eius functiones ritè obeundas requiruntur. Porro Christianus orator (ut paucis ac simpliciter describatur) est instrumentum Dei, per verbi diuini apposite ad persuasionem tractati, ministerio gloriæ eiusdem Dei & salutis animarum inserviens. Concionatorem esse instrumentum definiit S. Greg. Naz. Concionator (ait) multifidi instrumenti cuiusquam musici in modum, varijs pulsibus opus habet. Quod fanè mihi Deus ipse in D. Paulo (quem hierarchicæ eloquentiæ exemplar, & omnium Euangelicorum concionatorum principem, & magistrum facimus) appositè videtur describere, cum de eo ad Ananiam: Vade, inquit, quia vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus. Vasis quidem nomine constat apud Hebræos significari quod nos vulgò instrumentum appellamus, id est, quod operi alicui efficiendo comparatum est. Est autem instrumentorum maxime proprium, ut ea non sua sponte moueantur, nec suo proptè motu; sed ut aliena vi, & impulsu agitentur externo. Vnde intelligi potest, diuini verbi præcones, quoniam vasa & instrumenta sunt, nihilò magis agere posse sine Deo, quam aut sine tibiçine tibiæ modulatè canere, aut securis & ferrula, (ut scriptum est apud Isaiam) per se opus aliquod possint efficere. Tale se instrumentum esse Dei agnoscit Paulus, cum illa scribit ad Coloss. Christum annuntiamus corripientes omnem hominem in omni sapientia; ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu, in quo & laboro, certando secundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.] Christum Seruatorem mundi prædicare, hominum animos à peccatis detertere, mores eorum ad Euangelij normam dirigere, Christiani concionatoris præcipua munera sunt. In ijs muneribus officiosque exequendis quantum potuerit ex se præstare Apostolus, nonne apertè indicat, cum dicit, profecisse se & elaborasse secundum operationem virtutis eius, quam in se operatus sit Deus? scilicet quantum hic operis, operæque perfectum est; diuinæ opis est: Deo quippè vires suggerente, præclara illa ope

Descriptio
Christiani o-
ratoris.

1. Apolog.

Act. 9.

Orator est
instrumentum
Dei.

Cap. 10.

Cap. 1.

ra omnia perfici certum est: homo instrumenti instar, Deo agēte atque impellente, mouetur. Id ipsum verò nobis idem Apostolus planius explanat. Pro Christo, (inquit) legatione fungimur, tamquam, Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.] Equis enim non hinc intelligat, concionatorem sic administrum, & adiutorem esse Dei, planè vt ex ore hominis loquatur Deus, vt ipsa concionatoris oratio, hortatio quædam sit & admonitio Dei? Quid enim aliud illa sibi verba volunt, (Tamquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo) nisi concionatorem sic à Deo legari ad homines, vt non tam concionator, quam Deus ipse reconciliandæ pacis auctor atque hortator esse censeatur? Primo quidem Deus Christum Vnigenitum filium suum misit in terras, vt pacis fœdus cum hominibus feriret: deinde Apostolos, ceterosque concionatores legatos misit, vt pacem confirmarent, direptam redintegrarent. Igitur auctor princeps, & Dux pacis Deus est; Concionator Dei legatus est, interpret, internuncius, pacis sequester, adiutor & administrum. Breuiter dicam, concionator vocale instrumentum est Dei, & organum cæleste, in quo diuini modulamen resultat oraculi, & Dei Spiritus intus operatur. Isaias Ioannem antecurforem Domini, veterum Prophetarum concionatorem maximum, non dubitauit vocem appellare vociferantis in solitudine, & vias Domini præparantem, hoc est, hominum animos à vitijs ad Deum reuocantem, tumentia & elata Phariseorum corda, veluti montes, deprimentem, contempta & abiecta, quasi valles, extollentem & ad sublimiorem statum euehentem. Talis vox est concionator, cuius vocis munia quæ sint, nosse si cupias, Audi Bonauenturam ex Gregorio & eadem verba habet Dionysius Papa. Sit (inquit) lingua nostra bonis fomentum, malis aculeus, tumidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortatu succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos cõsoletur, vt qui Doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Similia his Aug. qui benè, personam, officium, ac finem concionatoris ita describit. Debet (inquit) diuinum rerum tractator, & doctor, ac debellator erroris, bona docere, mala dedocere, atque in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere.]

Tale munus in veteri testamento omnes Prophetæ exercuerunt, inter quos eximij Isaias & Hieremias, quorum alter, post pur-

2. Cor. 9.

Deus per concionatorem agit.

Is. 40.

Bonau. l. 4. phar. c. 34. Dion. epist. ad Seuerū.

De doctr. Christiana lib. 4. initio.

Exempla oratorum.

purgata labia ignito zeli diuini carbone, à Deo ad prædicandum missus, ait. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo.] Alter ab vtero matris necdum natus, ad hoc tamè destinatus, audiuit à Deo quid sibi oneris imponeretur: Ecce constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas, & destruas, & dissipes, & disperdas, & ædifices & plantes. In nouo autem testamento, præter Apostolos, aliosque Apostolicos viros, optimum concionatorem, referunt Timotheus & Titus, quos ad Dei verbum disseminandum Paulus elegit. Hos autem idem Apóstolus sui muneris sæpè ac multipliciter commonet. Ad Titum: Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam. & postquam Christi gratiam Saluatoris nos erudientis proposuisset, & charitatem eius erga nos commemorasset, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, concludit: Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio; nemo te contempnat. Ad Timotheum verò: Hoc præceptum (inquit) commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedetes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam. Et iterum. Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ; hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Rursus. Noli erubescere testimonium Domini nostri, sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta. Addit. Tu verò permane in his, quæ didicisti, & credita sunt tibi, quia ab infantia faceras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Denique. Testificor coram Deo, & Iesu Christo &c. prædica verbum, insta &c. Et infert: Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto.

Timotheus
& Titus.

Cap. 3.

Ep. 1. c. 1.

Ep. 1. c. 4.

Ep. 2. c. 1.

Ep. 2. c. 3.

Cap. 4.

Qua nam Oratori circa munus suum consideranda sint. Cap. VII.

EX his quæ diximus, quem optimè institui cupimus concionatorem diligenter monitum velim, vt ad sui officij partes sæpè animum aduertat, atque attenda meditatione crebro in memoriam reuocet, quid sibi muneris à Deo sit iniunctum. qua in re, quatuor hæc capita sibi proponat: Primum, se ad illud officium à Deo esse destinatum, in quo de ipsius Dei Gloria Dei,
Gloria,

gloria, & honoris exiftimatione maximè agitur, ita vt per ip-
 ſum concionatorem fiat, vt Dei gloria magis, aut minus au-
 geatur & illuſtretur. Neque enim obſcurum cuiquam eſſe po-
 teſt, tanti ferè æſtimari Deum, eundemque tantoperè coli;
 quantoperè per bonorù prædicatorù ſtudiù; zelù, induſtriã, ad
 verã pietatem, religionemq; publicis concionibus populus in-
 eitatur & impellitur. quod non ideo dicimus, vt aliorum Dei
 miniſtrorù vel excludamus, vel deprimamus operam; ſed quia
 reuera, vt ex capitibus etiam conſequentibus apparebit, pie-
 tas publica valde ex idoneo Prædicatore pendet, cum nemini
 dubium ſit, illud Pauli eſſe veriſſimum. Quomodo inuocabunt
 in quem non crediderunt? quomodo autem credent ſine præ-
 dicante? Itaque ex Prædicatore hoc valde pendet, tanquam Dei
 primi agentis adminiſtro. Secundò: ſe ei muneri dicatum in-
 telligat, per quod gratia Saluatoris, ac Redemptoris noſtri,
 humano generi communicata intelligitur, atq; vnigenitus ille,
 & ſingulariter à Patre dilectus ametur, in quo omnes ſuos the-
 ſauros reſoſuit, in quo ſibi placuit omnia reconciliare, ſuè quæ
 in cælis, ſuè quæ in terris. Tertiò: ſæpe mente reuoluat, in
 hoc vnum ſe intentum eſſe oportere, vt multos per ſuam præ-
 dicationem à peccatis liberatos, Deo reſtituat, ſeque ex eorù
 eſſe numero recordetur, quibus dicitur: Faciam vos fieri pi-
 ſcatores hominum: vt ſe ipſum ſaluum faciat, vnaque ſecum
 quamplurimos. ſimul perpendat, quantum ſit malum ſempit-
 eterna illa gehennæ pœna, quantum bonum ſempiterna cæli glo-
 ria, & hinc ponderet ſui muheris grauitatem, cum ſua opera,
 ne in eam pœnam multi deiſciantur, & vt ad illam gloriã per-
 ducantur, poſſit tanquam miniſter efficere. Quarto: vt per-
 ſpiciat, & ſeriò animaduertat, ſuum hoc miniſterium verſari in
 verbo Dei promulgando, quod tanquam gladium ſibi à Deo
 datum accepit, vt in eo militet bonam militiam, ſibi que dicitur
 putet, quod olim fortiſſimo Machabæo: Accipe ſanctum gla-
 dium, munus à Deo, in quo deiſcies aduerſarios populi mei.
 Poſſet præterea ex allata deſcriptione, hæc tria etiam capita
 conſiderare. Primum, quanta res ſit, quantaque dignitas, co-
 operari Deo, ad eius & Chriſti Ieſu gloriã, in ſalutem ani-
 marum, per miniſterium verbi Domini, ſingulas particulas ſin-
 gillatim expendendo. Secundum, quis ardor animi, quæ con-
 tentio ad hanc cooperationem adhibenda ſit, cum Deus tantù
 operetur, creans mundum, & conſeruans, mittens Angelos,
 mittens & vnicum filium, qui in hoc opere tam multa & fecit
 & per-

& pertulit, sacramenta instituit, gradus Ecclesie disposuit, inter quos Doctores, ac Prædicatores grauissimum habent munus, & maxime vtile. Tertium, concipiendus est timor, ne forte tales effectus vitio nostro impediatur, neue tantus Dei apparatus, tantaque opera, quantum in nobis est, irrita reddantur. Sedulo etiam quæ cap. seq. & quæ cap. de charitate erga Deum, & de charitate erga proximos differuntur, animo renouat, nec vniquam à cogitatione excidere patiatur: immo cõmentatione quotidiana perficiat, vt ea sua sponte, etiam aliud agenti, animo obuersentur. Hæc si seridõ cogitet Euangelicus Concionator, omnem adhibebit industriam, ne Deo & sibi, & Ecclesie sanctæ desit.

Quanti momenti sit Concionatoris munus ex materia & fine. Cap. VIII.

Quamquam ex his quæ dicta sunt, facile apparet, quanta sit ministerij huius Euangelici dignitas, quanta in Ecclesia vtilitas, ac necessitas; tamen, quia maximi interest, diuinum præconem intelligere personam suam res est planius proprièque tractanda. Primum, dignitas æstimari potest ex materia, quam Christianus orator tractat: tum ex fine quem propositum habet; ad hæc ex personis, quarum est proprium id munus: Deinde ex habitu & facultate ipsa, vnde oriri prædicatio debet: denique ex ipsa necessitate, ac fructu. Materia Oratori nostro subiecta est Verbum Diuinum, illo enim ad omnia sua opera vititur, vt præclare Chryl. docet dum ait: Medicis corpora curantibus diuersa suppetunt medicamenta, & varij apparatus instrumentorum, & cibi congrui, & aeris mutatio, & somnus: Hic autem tenenda & sequenda est per Euangelicum sermonem doctrina: siquidem hoc demum instrumentum est, hic cibus, hoc aeris temperamentum: hoc medicamento instar; hoc ignis loco, hoc ferri vice. hoc & iacentem animã suscitamus, & tumescentem compescimus: hoc & superuacua amputamus, & quæ defunt supplemus, cæteraque omnia conficimus, quæ ad animi conferunt incolumitatem.

Laudes verò admirabiles Verbi Diuini, præter hos effectus, quos Chrysof. enumerat, considerari possunt ex diuinarum scripturarum excellentia, ab auctore, à rebus, quæ tractantur, à veritate certissima, & ceteris huiusmodi. Id ego solum significabo, Eloquij Diuini eam esse dignitatem, seu potius, diuinitatem,

Materia Concionum Verbum Dei. De Sacerd. lib. 4.

Verbi Diuini excellentia.

nitatem, ut Christo ipso interprete, illi, ad quos olim verbum
 veteris testamenti factum est, Dij sint ab ipso Deo nuncupati.
Ioan. 10. Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi Dij estis? si
 illos dixit Deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest
 solum scriptura sic. *id est non in multis, ut in hoc scriptura dicitur*
 Quantum verò prædicatio Evangelica Mosaica dignitate
 præstet, etiam si in utroque testamento Verbum Diuinum exi-
 stat, docet fuse Paulus Apost. in quo multa diligenter perpen-
 di debent. Inter cetera, ex insolita luce, qua Moysis facies re-
 fulgebat, cum in tabulis lapideis legem scriptam afferebat ad
 populum, ministrorum Evangelij interiorum præstantiam col-
 ligens, subdit. Quod si ministratio mortis literis deformata
 in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intedere filij
 Israël in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ eua-
 cuatur; quanto magis ministratio spiritus erit in gloria? Lege
 cap. 1. ad Ephes. & intuere magnificentiam verborum, qua Spi-
 ritus sanctus per organum electum, ac familiare sibi, maiesta-
 tem incomprehensam mysteriorum nouæ legis exponit; ac dein-
 ceps animaduerte, quæ gentium Doctor subiungit: Mihi om-
 nium sanctorum minimo data est gratia hæc (quenam gratia
 tanta?) gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi,
 & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti abscondi-
 ti à sæculis &c. Totum locum verbatim pondera, intelliges
 præfecto quam præstans; quamque diuina res sit Evangelicus
 Prædicator, cui tam admiranda & excelsa Dei Sacramenta
 tractare, ac promulgare concessum est. Quod si nihil aliud, cer-
 tè ipsa Pauli admiratio, qui ut in Cælo doctus, tam intelligens
 ac peritus erat æstimator, facile cuius persuadere debet, Præ-
 dicatoris dignitatem esse omni cogitatione nostra maiorem.
 Idem ex alijs Apostoli locis luculenter accuratus officij sui ad-
 mirator intelliget. Res igitur, quæ pro concione tractantur,
 præstantissima sunt; mysteria veteris nouæque legis; thesauri
 sapientiæ æternæ. Ea quoque, quæ ad informandos fidelium
 mores pertinent, sunt nobilissima: cū virtus & perfectio Chri-
 stiana non solum Philosophicas virtutes, sed etiam legis anti-
 quæ dogmata, tanto transcendat interuallo; quanto terra su-
 peratur à Cælo: ut meritò Christi Ecclesia Cæli regnum dica-
 tur, quod Cælum iam regnet in terra: cælestesque mores, &
 cælestes per Christum inductæ virtutes inter homines do-
 minentur. *id est si libenter ad prædicandum se offerunt, ut in hoc scriptura dicitur*
 Talis igitur cum sit Christiani materia Oratoris confecta-
 ncum

neum est etiam finem, quem spectat, uti re vera est, summum esse: qui duplicem amplectitur partem, utramque summam, & omnium rerum creaturarum finem, gloriam scilicet Dei, & animarum salutem. Opus maxime proprium Dei est, suam notam facere gloriam, & cunctis in rebus illam precipue sibi habere propositam. Ad hanc non modò Cœli & Firmamentum, de quibus legimus: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera mantium eius annunciat firmamentum, Sed planè omnia referuntur, quæcumque molitur ac facit. Ac proinde nulla re ita gratificantur homines Deo, & ad eius imitationem ita propè accedunt, ut eius gloriæ seruiendo. Inter omnia autem, quæ ad laudem & celebritatem Dei nos conari possumus, nihil adeo latè patet, adeoque accomodatùm est, ut Evangelica prædicatio. quod cum multis evidens est argumentis, tum inter cætera illo, quod genus gloriæ Dei præstantissimum, ipsiq; acceptissimum Deo est, ipsum cognosci: manifestasque fieri immensas eius virtutes ac perfectiones. Explicat hoc eleganter Lactant. his verbis: Quæ utilitas Deo in homine (inquit Epicurus) ut eum propter se faceret? scilicet ut esset qui opera eius intelligeret: qui providentiam disponendi, rationem faciendi, virtutem consumandi, & secum admirari, & voce proloqui posset. Quorum omnium summa hæc est, ut Deum colat. Is enim colit, qui hæc intelligit: is artificem omnium rerum, is verum patrem suum debita veneratione prosequitur, qui virtutem maiestatis eius de suorum operum inuentione, inceptione, perfectione metitur. Hinc per Oseam. Misericordiam inquit, volui & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta. Et apud Ioannem Christus Dominus. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Ideo tantum celebratur Hostia & sacrificiū laudis, quia ex cognitione & admiratione maiestatis, bonitatisque Diuinæ proficiscitur. Sanctus Petrus epistolam secundam exorditur ex cognitione Dei, & Christi Iesu: & in eadem ad extremum concludit: Nam principio: Gratia, inquit, vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri, quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem, donata sunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria & virtute, &c. In extrema autem clausula, addit: Crescite verò in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. Sanctus Paulus: Non cessò, inquit, gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens,

Dignitas ex
sine duplici.

Psal. 18.

Notitia Dei
quam magna
res.

Lact. l. 7.
Inst. c. 7.

Cap. 6.

Cap. 17.

Ad Ephef.
cap. 1.

ciens,

ciens in orationibus meis, vt Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri; vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in Sanctis. Et testatur se hætere genua apud Patrem Domini nostri Iesu Christi, vt det illis secundum diuitiæ gloriæ suæ corroborari, & cætera, vt possint comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, &c. Ideo ad Coloss. ait: Et nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spirituali. Hæc cum ita sint, apparet, quanta sit Euangelici Doctoris præstantia, qui totus in eo versatur, vt cognoscantur Dei magnalia, & debitis laudibus, ac honoribus celebrentur.

Procurare salutem animarum quam magni bonum. Altera pars finis Oratori Christiano propositi salutem animarum: hæc æstimetur ex ipsa re. Quid enim est gratia Dei, in qua salutem animarum in hac vita consistit? quid est summa illa in cælo, ac sempiterna felicitas, in qua salutem consummata post hanc vitam sita est? Quid ex altera parte offensa Dei, & scelera & supplicia æterna? Tantum igitur malum prohibere, tantum curare bonum quid est? Anterus Papa ad Episcopos Bæticæ: Quæ precor (inquit) maior charitas, aut quod efficacius pietatis patrociniū potest à quopiam alicui impendi, quam si ignorantia tenebras, & imperitiæ caliginem ab eo repellat: & veræ fidei pabulo non ad quæstum, non ad ambitionem; sed ad eruditionem, & ædificationem resciat? Adijce huc, quæ huius rei causa Deus, Christusque Dominus fecit; tum planè apparebit verum esse, quod ex S. Dionysio circumfertur vulgo axioma: Omnium diuinorum diuinissimum esse cooperari Deo in salutem animarum. Quantum enim esset, posse cooperari Deo in molitione cæli ac terræ? Atqui apud

Ho. 17. in 1. ad Cor. & ho. 55. ad pop. Antioch. Chrysostrum Deus ipse sic loquitur: Feci ego cælum & terram: eadem conditionis facultate te dono, vt terram facias cælum: Accendi ego luminaria: accende & tu clariora illis, namque potes his, qui in errore sunt, lumen veritatis accendere: Maius istud beneficium est, quam Solem intueri. hominem facere non vales: at iustum gratumque Deo potes efficere. ego substantiam feci, tu exorna propositum. Vide quam te diligam, qui maiora tibi faciendi potestatem tribuo. Et alibi: Hoc nostræ salutis argumentum erit, & occasio, si non solum pro nobis ipsis solliciti erimus; sed proximo viles

fue-

fecerimus, ipsum ad viam veritatis ducentes. & vt scias quantum bonum sit, cum salute nostra & alios lucrari, audi propheta tam ex persona Dei dicentem: Si separaueris pretiosum à vilis, quasi os meum eris: quid hoc est? qui ab errore ad veritatem (ait) manuduxerit, vel à peccato ad virtutem, proximum induxerit; me imitatur. Etenim ipse cum Deus sit, propter nihil aliud nostram induit carnem, & alia humana omnia sustinuit, & crucem quoque suscepit; nisi vt nos peccato obnoxios liberaret. Prædicatio verò quam sit ad hoc efficiendum proprium & efficax instrumentum, infra significabo.

Hier. 15.

Dignitas Officij ex persona & varijs donis. Cap. IX.

Tertio loco sacri Oratoris excellentia ex ipsa persona & auctore, cui proprium hoc munus est, intelligitur. Is autem primum est Deus ipse. multifariam, inquit S. Paulus, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis, loquutus est nobis in filio. Itaque Deus Pater, qui misit Prophetas, & nouissimè filium, præcipuus auctor est prædicationis, & Deus Spiritus sanctus, qui afflauit Prophetas, & postea repleuit Apostolos, & qui assidue loquitur in suis ministris: ac Deus Filius, qui coram apparens docuit, de quo Psaltes ait. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Qui de se ipso interpretatus vaticinium Isaia, euangelizare, ait, pauperibus misit me. In suprema cæna Patrem alloquens, ego te (inquit) clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam, & manifestaui nomen tuum hominibus: tamquam totum quodammodo opus eius fuisset sacre prædicationis negotium. Est igitur tamquam auctoris Dei proprium munus prædicandi: ex hominibus autem ministros, quamquam possit quos sibi placet assumere, tamen Sacerdotum vult esse præcipuum, ac Prophetarum, Apostolorum, atque eorum, qui Apostolis successere; maximè enim in sua Ecclesia, vult ad Episcopos pertinere. Consideretur igitur, quid sit, munus obire Prophetarum & Apostolorum, interpretem ac legatum esse Altissimi, tubam Spiritus sancti, linguam & os Dei.

Deus primus auctor prædicationis.

Hebr. 1.

Psal. 2.

Luc. 4.

Io. cap. 17.

Psalm. 110.

Præterea dignitas huius muneris potest intelligi ex multis donis Sancti spiritus, quæ vt rectè exerceatur requirit. Nam præter excellentes morum virtutes, eò pertinent dona sapientia, scientia, sermonis, & Prophetia, eius, de qua Paulus loquitur,

Quæ dona ad hoc munus concurrunt.

C tur,

tur, cum ait: Aemulamini spiritualia, magis autem ut Prophetis. Nam qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Præterea quamuis ad vitam, quæ vocatur Actiua, prædicationis referatur; tamen ex contemplatiua debet oriri tamquam ex fonte; ex quo fit, ut summas vtriusque utilitates ac laudes amplectatur, & in se contineat. Nec sanè est dubium, quin, qui non ad quælibet solum, sed ad perfectas etiam debet populum erudire, & incitare virtutes, in eo debeat genus perfectionis valde excellens inesse. Ipsa verò prædicationis exercitatio ad perfectionis pertinet summam, nempe ad Dei & proximi charitatem.

l. de Monarcha in initio.

Eius enim est (ut loquitur Iustinus martyr.) qui homines, aut eius potius, qui Deum charum habet, eos, qui ea reliquerunt & prætermiserunt quæ scire debuerant, admonere: docere ignaros viam salutis; salutaria præbere consilia, peccantes corrigere, consolari afflictos, quæ ad opera misericordiam quæ spiritualia vocantur, spectant.] hæc autem ex suo munere tractat

Opus prædicandi præcellit operibus misericordiam corporalis.

opera Concionator, ac proinde hæc opera eius ad hanc nobilissimam virtutem ex sua natura pertinet. Rectè autem Chryf.

Hom. 3. in Gen.

Ut anima corpore melior est, ita his, qui indigentibus pecunias, & facultates suppeditant, maioribus præmijs digni sunt ij, qui admonendo, & continuè docendo in viam rectam supinos &

Et Hō. 25. in act. Ap.

desides inducunt, monstrando eis diuinarum virtutum fragrantiam, & vitiorum malevolentiam.] Beatos pacificos Christus Dominus declarat, quoniam illo donabuntur singulari honore,

Et Hō. 25. in act. Ap.

ut præ ceteris filij Dei nominentur: at concionatorum est odia extinguere, lites cohibere, & nequam homines non modò inter se, verum etiam cum Deo reconciliare. quod cum fuerit adeo proprium filij Dei munus, haud mirum est, si, qui illius præcipuè imitantur opus, dignantur & nomine. Clemens Alexan.

Et Hō. 25. in act. Ap.

loquens de spirituali agricultura, cum duplicem esse dixisset, & scripto, & pronuntiatione, Vtrius (inquit) modo Domini operarius, præclarum frumentum seminauerit, & spicas auxerit, & messuerit; iure diuinus apparebit agricola. Operamini (ait Dominus) non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam: sumitur autem nutrimentum & per cibos & per verba.] Denique, quot sunt virtutes, ad quas Concionator

In 1. lib. Strom.

populum adhortatur, (quæ plane sunt omnes) ad totidem eius prædicationis spectat: ut non possit non esse præstantissimus labor, qui ex adeo præclaris fontibus manat.

Quam-

Quanta sit prædicationis necessitas in Christiana
Republica . Cap. X.

Postremò quanta se explicabit ministerij huius amplitudo, si necessitatem eius & efficaciam, & quam affert utilitatem consideremus! Necessitatem quidem D. Paulus ex illo Isaia dicto colligens, Domine quis credidit auditui nostro? Quomodo, inquit, inuocabunt eum, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? Quare merito exclamat; Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona. Magnum est hoc Pauli argumentum ad summam nobilissimi huius officij necessitatem demonstrandam; quam enim, est fides necessaria ad salutem, cum ea sit ex auditu, auditus autem per verbum Dei; tantam significat verbi & prædicationis esse necessitatem: sed hæc est instrumentum ad fidem, fides autem totius iustificationis basis ac fundamentum. Quæ, quamquam in eos populos propriè conueniunt, qui nondum Euangelium audierunt; tamen ad omnes homines aptè, vereque transferri possunt: nam fides vnde seritur, inde conseruatur & crescit. Procul dubio fidelibus præerant ij Presbyteri, ex quibus Paulus docet, maximè honorandos, qui laborant in verbo & doctrina. Quo loco Chryf. Vbi modò sunt qui dicunt, sermonè ac doctrina opus non esse? quandoquidem tanto studio Timotheum Paulus admonet; Hæc meditare, in his esto?] Et infra; Sed fortè dices, vt philosophiam vitæ doceat exemplo: Friuola hæc sunt, est enim necessarium verborum quoque magisterium &c.

Sed vt necessitas simul & utilitas planius intelligatur, animaduertendum est; sicut facultas Oratoria secularis, administra politica, ponitur à doctis, per quam Republica suam adipiscatur felicitatem, ac seruet; ita prædicationem Evangelicam Christianæ Reipub. atque totius Ecclesiasticæ Hierarchiæ, ad suum altissimum ac supernaturalem finem consequendum generale quoddam instrumentum esse; ita, vt quod S. Iacobus de lingua pronunciat, huc possit transferri, ac dici: Lingua oratorum frænum est & gubernaculum totius Reipublicæ, Ad suauem enim imperij rationem Deus cum voluisset alios homines ab alijs edoceri, ac regi, indidit omnibus mentem mirificè appetentem, ac sequacem veri bonique, præsertim vbi

C a illa

If. 53.

Ro. 10.

If. 40.

Necessitas
prædicandi ex
necessitate fi
dei.

1. ad Tim.

c. 5.

Hö. 5. in

c. 5. 1. ad

Tim.

Iac. 3.

Prouidentia
Dei institutis
prædicationem.

Exo. 4.

illa accommodata oratione proponuntur. & quosdam præcipue cum intelligendi luce, tum eloquendi facultate ornauit, per quos edocerentur ceteri, ac regerentur. Moyses ne populi hebraici administrationem suscipere, nihil apud Deum magis excusabat, quam linguæ impedimentum, tamquam non esset aptus ad gubernandum, cui gubernaculum promptum non esset: at Deus, qui innumerabilibus modis poterat impedimento illi occurrere, ut ordinem quam congruentissimum humanæ naturæ seruaret; iussit secum hominem eloquentem assumere.

Exo. 4.

Aaron, inquit, frater tuus Leuites, scio quod eloquens sit, ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te latabitur corde &c. Et ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum. In Evangelica lege cum esset tota cœlestis, ita linguis etiam cœlestibus opus fuit. Itaque cum illam ipsum Verbum Patris ore suo benedicto promulgasset, & reuertens in cœlum rudia Apostolorum pectora, quos prædicare Euangelium omni creaturæ iusserat, imperitasque linguas reliquisset, misit in eos Spiritum sanctum in quadam quasi pluuiâ ignearum linguarum, & donorum flumine plurimorum, unde mysterij abconditi a sæculo, quod tum reuelabatur in mundo, prædicatio expedita & efficax redderetur. Inde enim in Ecclesiæ exorientis primordiis tam cœmunia fuere charismata illa linguarum, sermonis, scientiæ, sapientiæ, prophetiæ, quia maiori indigebat cura, Ecclesiæ adhuc nascentis infantiâ; lectioneque cibo, & quasi demisso cœlitis lacte nutriri debebat. Cæterum ubi paulatim corroborata est, & mysteria Euangelij ab Apostolis, eorumque successoribus Theologis, satis explicata sunt, eodem nutrita est diuini sermonis pabulo: Sed singularia illa Sancti spiritus Dona, & quasi blandimenta sensim subducta sunt, ut quod ante gratis concedebatur, iam etiam donaretur industriæ. Ex quibus constat; Deum, quod in humana Repub. vult esse rectæ administrationis adminiculum, orationem ac linguam; idem esse in hac sua diuina velle. Quod si tantum in prophanis rebus vis dicendi potest, quantum valebit in sacris, ubi verbum diuinum tractatur, penetrabilius omni gladio ancipiti; & is, qui præcipue id tractat, ac versat, ipse est Deus. Verè Ecclesiastes pronunciat, Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a Pastore vno.

Spiritus sanctus in linguis.

Eccles.

6. 12.

Cap. 12.

3. Mach.

35.

In Prouer. lingua sapientium sanitas dicitur; & Vena (id est fons) vitæ os iusti. Iudas Machabæus, ut sacra refert historia, cum Hebræi ab hostibus premerentur, singulos illorum armauit,

non

non clypei, & hasta munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus: vnde factum subiungit, vt statuerent dimicare, & conflare fortiter. Nec sanè potest dubitari, quin multis locis Prædicatorum seu vitio, seu inopia, paulatim sancta religio, vel deprauata sit, vel extincta.

Hinc est quod grauissimo supplicio Deus comminatur celestis doctrinæ penuriam. Amos, ecce dies veniunt dicit Dominus, & emittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi Verbum Domini, & commouebuntur à mari, vsque ad mare; ab aquilone vsque ad orientem, & circuibunt quærentes nomen Domini, & non inuenient. Et grauissimè Isaias; Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate, inebriamini & non à vino, mouemini & non ab ebrietate. Quorsum tantus stupor, & exanimatio tanta? quoniam misit vobis Dominus spiritum soporis: cludet oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vident visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati: quæ cum dederint scienti literas, dicent, lege istum; & respondebit, non possum, signatus est enim; & dabitur liber nescienti literas, diceturque ei lege, & respondebit, nescio literas. & dixit Dominus, eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo, miraculo grandi & stupendo: Peribit enim sapientia a sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur.

Inopia prædicationis magnum flagellum.
Cap. 8.

Cap. 19.

Quanta utilitas ex prædicatione. Cap. XI.

AT ex altera parte bonorum copia Euangelizantium, est populorum summa fœlicitas. Nam sicut omnia virent, florent, ac maturescunt in terra cum tempestiuus è cœlo imbrius irrigatur: ita vniuersa Sancta floret Ecclesia, ac singule eius partes aluntur, eduntque fructus, cum opportuna præsto est irrigatio rectè docentium. Nam Prædicatorum opera omne tempus, omne hominum genus, omnem omnium vitam & facta complectitur. Itaque iure optimo, S. Paulus se non baptizare, sed euangelizare missum dicebat: & Apostoli negabāt bonum esse ministrare ipsos mensis, & relinquere verbum Dei; & adolescenti volenti patrem sepelire, dicitur, dimitte mortuos, sepelire mortuos suos: tu verò vade & annuncia regnū

1. Cor. 1.

Cap. 6.

C 3 Dei;

Dei; nimirum quia hæc opera non solum genere suo inferiora sunt, quam prædicatio, sed etiam quia peculiaria sunt, & certos intra fines inclusa prædicatio autem latissimè sese fundens ad omnia pertinet; Tum, quæ spiritualia, tum quæ corporalia vocatur misericordia opera efflorescunt cum bonos habet Ecclesia hortatores. Tum virginum integritas, castimonia coniugum, patientia pauperum, diuitum misericordia, sacerdotum religio, inferiorum obsequium, Præsidum iustitia, tum denique omnes virtutes letissimè proueniunt. Apparet Ecclesie adhuc in mundo posita forma ac species beatæ patrie simillima, cum verbum Dei, cum diuinus ille ros ac succus, per idonea concionatorum organa, in singula membra apte, copiosè que diuiditur. Hinc propria laus Euangelij est abundantia doctrinæ celestis allata, per Spiritum sanctum per Ioseph descripta: & apud Isaiâ pollicetur Ecclesie Deus daturum se ei uniuersos filios doctos a Domino. Has omnes ob causas tam multi sunt in Prædicatoris munere commendando sancti Patres, quorum super se deo proferre sententias. Illud modo lectorem precor, vt inter alia, magni Gregorij (nec longus erit labor) expositionem super Cantica perlegat, & animaduertat, quam multa ex sacris illis Symbolis sanctissimus & grauissimus Doctor de Prædicatoribus apposite, scienterque interpretetur; Eos ferculum Salomonis, columnas argenteas, sponsæ collum, & monilia, & oculos, & genas, & labia, & dentes, & vittam, & coecineam, & vbera dicit esse. Eisdem Turrim David, custodes murorum, columbas iuxta riuulos aquarum, pigmentarios conferentes areolas, labia sponsi, ac lilia stillantia myrrham primam, & alia: in quibus præter ea quæ Sanctus Doctor exequitur, potes animaduertere hæc. Quemadmodum columna totam ædificij molem impositam sustinent, ac dentes toti corpori cibos mandunt, & oculi omnibus membris lucem præferunt: ita Doctoris Euangelici opera (quod paulò ante dicebam) ad omnes Ecclesie ordines, ad omne tempus, & omnia personarum genera permanant: adeo vt non sicut in plerisque alijs sacris ministerijs euenit, aliqua solum pars, aut huius mystici corporis membrum aliquo certo tempore, sed omnia omnino, ac semper illo debeant sacrorum concionatorum præsidio sustineri, ali, ac perfici.

Diff-

Prædicatio
Ecclesiam fecundat.

Cap. 54.

Symbola Prædicatorum.

Sed quam est prestans, ac diuinum concionandi munus, tam est difficile ac periculosum, nisi recte administraretur. Difficultas ex triplici capite oritur, ex Oratore, Concione, Auditoribus. In Oratore multa sunt & magna, quae requiruntur ut saltem mediocriter huius loci auctoritatem retineat. Quod ad naturae dona & ornamenta pertinet, ingenium requiritur perspicax, acere iudicium, memoria ad retinendum tenax, naturalis quaedam facultas ad dicendum, quam experimur quibusdam à natura inditam, per quam non solum libenter audiantur, propter eum quo pollent in dicendo leporem; sed etiam efficaciter ita loquantur, ut & perspicue doceant, & moueant vehementer, & animos eo quo tendit oratio inflectant. Desideratur lingua si non plane volubilis, certe soluta, vox virilis, & clara, non effeminata, non obtusa, quae possit in plena concione exaudiri. Fauces quoque ac firma latera ad vocis contentionem, ubi usus requiret. Præterea integra corporis habitudo, & oris dignitas, id est, species ad aspectum, decora & grauis. Præterea spirituale quoddam, ut vocant, talentum ad dicendum, quod D. Thomas inter gratias gratis datas numerat, & gratiam sermonis appellat. De qua in Ecclesiastico dicitur: Lingua Eucharis (id est gratiosa) in bono homine abundabit, secundum quam Spiritus sanctus mouet linguam Concionatoris excellentiori modo ad eadem illa tria, scilicet, docendum, delectandum, & flectendum animos, quam vel natura, vel ars Rhetorica valeat.

Præterea postulat hoc officium, quod ad morum disciplinam spectat, hominem non solum eximia prudentia ornatum, sine qua multa dicit, quæ à viris cordatis censoria virgula notabuntur; sed præterea sinceris & incorruptis moribus præditum, omni virtutum splendore insignem, quippe qui in loco superiore positus, in omnium oculis sit; hominem, inquam, qui expurgatum animum habeat ab omni cupiditate, ira, odio, ambitione, auaritia; eum denique qui in peruersas cupiditates ita dominatum teneat, ut cum magna mentis tranquillitate ac libertate, alios ad virtutes instruere, & vitia reprehendere possit. Quæ autem, & quanta sint præcipuæ virtutes, quibus, qui suggestum ascendit, præditus esse debeat, scire si cupis, audi Bernardum. Quanta, inquit, infundenda sunt, ut effundere audeamus, de plenitudine, non de penuria largien-

Quam multa in Oratore requirantur natura do-

talenti con-

cionandi.

Ecclesi. c. 6.

Morum integritas necessaria.

Virtutes in Concionatore ex Bernardi serm. 18. in Cant.

tes? Respondet: Primum quidem compunctio; secundo devotio; tertio pœnitentiæ labor; quarto pietatis opus; quinto orationis studium; sexto contemplationis otium; septimo plenitudo dilectionis.] Magna hæc sunt, & quis audeat hæc alios docere, quæ in se ipse non didicit? & magistrum ac ducem se præbere alijs earum rerum, quarum ipse sit imperitus? Nam idcirco nos (inquit Chrysoft.) ille elegit ut simus, quasi luminaria, ut veluti fermentum euadamus, ut magistri ceterorum efficiamur, ut veluti Angeli cum hominibus versemur, ut tamquam viri cum pueris, quasi spirituales cum animalibus.] Quanta verò esse debet eruditio, ac sapientia eius, qui Doctōris Evangelici munus sibi assumit, ac tacentibus omnibus, deque eius ore pendentibus solus loquitur & loco superiore? qui scripturas sacras, tam graues, tam multiplices, tam difficiles tractat, quæ nec sine Spiritu sancto, nec sine magno studio intelligi & explicari possunt?

Difficultas
ex parte ora-
tionis.

1. de Ora-
tore.

Ex parte au-
ditorum.
Ioan. 14.

Ioan. 15.
1. 5. de Sac.

Ipsa verò concio & oratio, quantas secum affert difficultates? ut solerter inueniat orator quæ dicat; ut seligat prudenter; ut inuenta suo quæque loco aptè, quasi milites in acie peritus colloquet Imperator; ut decore & compositæ quæ dispofuit eloquatur? Stylus est omnium difficillimus. Ut enim ait Cicero, opus est magni laboris, quem plerique fugimus: actio ipsa non est sine sudore: sæpe qui dicturus est, non est bene affectus ad dicendum ex aliqua animi, vel corporis ægritudine. Adde ipsos Auditores; quibus posse persuadere quod volumus, qui est finis concionis, quàm ardua res est, quàmque difficilis, cum sæpe praua ingenia suo opte naturæ vitio repugnent? Adde tam multa, & graua scelera, atque hominum peccata, quibus infelix hic mundus redundat, & diuinæ gratiæ aditum obstruit, etiam ipsiusmet testimonio Veritatis. Spiritus, inquit, veritatis, quem mundus non potest accipere: Et tamen laborandum est omnino concionatori ad hunc finem, ut velint homines, quæ prius nolebant, atque detestentur quæ prius amabant. Non deerunt etiam ex ipsis auditoribus, qui concionatori obtrectent, eundem infestentur, crimentur, maledico dente carpant, de quo Christus suos monuit Apostolos: Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Chrysoftomus explicans Evangelici Doctōris labores, ait: Est enim plurimorum sermonibus obnoxius, alius culpat, alius laudat, alius vellicat, alius memoriam, alius compositionem vitiligat, magnaque illi constantia ad hæc toleranda opus est.

Proinde

Proinde oportet eum usquequaque virtutibus instructum esse & zelo Dei munitum, ut possit omnia æquo & forti animo superare.

Periculum in concionatoris officio. Cap. XIII.

Accedit ad operis difficultatem etiam periculum, quod duobus generibus concionatorum imminet. Primum, ijs, quorum mores, & vita, verbis & officio non respondent, quos grauiſſimæ pœnæ manent: Primo propter excellentiam personæ, quam sustinent: Deinde propter damnum, quod Ecclesiæ afferunt. Postremò, quia inexcusabiles sunt: nam quo grauior est concionatoris persona, eo maior innocentia requiritur. Legatus Dei est, quid pœnæ meretur si fidem fallit? si laedit eum a quo sic honoratur, & de prædicatore fit proditor? est in Ecclesia oculi loco ac dentium, non potest sine iactura, totiùs corporis lucem vltro abijcere, ac fieri tenebrosus, vel in cibis parum salubribus occupari. Est instrumentum ad conuertendos populos, si cursum influentis gratiæ diuinæ impediatur, si sanguinem Christi inutilem reddat, si æterna salute priuet, quos potuisset saluare, quantum denique crimen est? Summa populorum pœna est cum Prædicatoribus carent, vti supra dicebamus; Quid si per ipsosmet concionatores hæc populis damna afferantur? & paruulis petentibus panem, non sit qui frangat, sed potius qui lapidem porrigat?

Triplex periculum.

In Prædicatores malos.

Quam verò possunt excusationem suarum culparum afferre? Seruus qui scit voluntatem Domini & non facit, vapulabit multis: quid? qui non solum scit, sed etiam prædicat? Sanctus Paulus eos arguens, qui, cum per ea quæ facta sunt, Deum cognouissent, non tamen tamquam Deum glorificauerunt; ac pœnam eius culpæ horrendam exponens, subdit; propter quod tradidit eos Deus in reprobum sensum &c. Quid igitur fiet h' s, quibus & lux Euangelica ita affulsit, ut possent dici lux mundi? Væ Sali, quia si infatuatum fuerit ad nihilum valet vltra, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Væ Scribarum, & Phariseorum imitatoribus, qui alligant onera grauiâ & importabilia, & imponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere: qui dicunt & non faciunt, imò contra, quam dicunt, faciunt. Pondus & pondus, mensura & mensura, si vsquam, hic certè maximè abominanda sunt apud Deum, cum iniqui diuini verbi præcones, aliter dicta, aliter facta sua dispen-

Luc. 12.

Rom. 1.

Prou. 26.

- dispensant; qui certè ex ore suo condemnabuntur. Nam verè
Rom. 1. Diuus Paulus, propter quod (inquit) inexcusabilis es, ò homo,
 omnis qui iudicas (& in pari causa est concionator) in quo
 enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Certum apud om-
 nes illud sit. Cum prædicatores ea proferunt quæ seruare cõ-
 temnunt, veritas, sic linguam mouet, vt feriat vitam, quatenus
 31. *Mor.* sibi ipsis & verbis fiant iudices, & factis accusatores. Greg.
 6. 11. quid inquit prodest bene loquendo alios accendere si semetip-
 sum indicat malè viuendo torpuisse.] Hi certè Archipheli
 & Vriæ similes sunt; ille disposita domo sua laqueo se suspen-
 dit, alijs consulens, se ipsum negligens; tales qui consilio ac do-
 cetrina alios iuuant, se ipsos perdunt: alter, epistolam deferebat
Hom. 43, suam mortem & exitium continentem. Chrisost. item, si be-
in Matth. ne vixeris (ait) & bene docueris omnium iudex es, si autem
 bene docueris & male vixeris, tui solius condemnator es:]
Psal. 49. Aduersus huiusmodi concionatores quam acriter Spiritus san-
 ctus inuehitur? Quare tu enarras iustitias meas, & assumis te-
 stamentum meum per os tuum, tu verò odisti disciplinam, &
 proiecisti sermones meos retrorsum? existimasti inique quod
 ero tui similis? arguam te & statuam contra, faciem tuam;
 Scilicet te cõtra temetipsum, vt accuset prædicatio tua vitam
 tuam, atque condemnet. Neque mirandum, quod tantum Dei
 Spiritus in huiusmodi Doctores excandescat: Nam præter-
 quam quod suæ vitæ pessimo exemplo populos à Deo auocant,
 etiam magnum detrimentum inferunt diuinæ legi, quam præ-
 dicant, omni virtuti, ac veritati auctoritatem detrahentes. Est
 enim certissima Aristotelis sententia, quæ docet, ab his qui nõ
 1. 10. *Mo-* perinde viuunt, vt loquuntur, tolli; & vt est Græce, interim
ral, c. 1. veritatem. Hæc cogitans momentisque suis accuratè ponde-
 rans Paulus, qui vir & quantus? casus extimescebat humanos,
 & illa dicebat; Propter quod castigo corpus meum & in serui-
 tutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim ipse reprobis
 1. *Cor. 9.* efficiar. Atque vtinam nullos vnquam vidissemus, vel audissemus
 egregios alioquin, & celeberrimos dicèdi magistros, dum
 negligunt vitam rectè insituere, etiam sanam abiicisse doctri-
 nam, & miserabili naufragio religionem simul ac fidem perdi-
 disse: De prauis concionatoribus nihil verius dici potest, quã
Epist. 108. quod de malis Philosophis affirmat Seneca: Nullos peius me-
 reri de omnibus mortalibus iudico, quam qui Philosophiam
 velut aliquod venale artificium didicerunt: qui aliter viuunt,
 quam viuendum esse præcipiunt. Exempla enim inutilis disci-
 plinæ

plina se ipsos circumferunt.] Et statim comparat eos Gubernatori nauis inter fluctus maris naufragando. Tenendum est (inquit) rapiente fluctu gubernaculum; luctandum cum ipso mari, eripienda sunt vento vela; quid me potest adiuuare rector nauigij attonitus, & vomitans? quanto maiore putas vitam tempestate iactari, quam vllam ratem? Non est loquendū, sed gubernandum:] & addit optimè, omnia quæ dicunt aliena sunt. dixit illa Plato, dixit Zeno, dixit Chrysippus, & Possidonius, & ingens agmen tot ac talium. Quomodo probare, possunt sua esse: monstrabo: faciant quæ dixerint.] Sic egregie Seneca. Postremò quæ in falsos Prophetas diuinæ literæ comminatur, eadem in hoc genus concionatorum ferè cōueniunt. propter hæc quæ dicta sunt rectum est magni Gregorij iudicium, Quia (inquit) difficile valde est, purgatum se quemlibet posse cognoscere, prædicationis officium tutius declinatur. Addit autem, Nec tamen declinari pertinaciter debet cum ad suscipiendum hoc superna voluntas cognoscitur.]

Secundo, idem periculum eandemque pœnam timere possunt, qui ita suas conciones instituunt, vt non ad salutem animarum eas dirigere videantur: sed vel ad laudem sibi comparandam, vt non tam Christum, quam se ipsos magnificari velint; vel ad lucrum captandum: vt non tam numerent animas quas Christo aggregauerunt, quam elemosynas & stipendia quæ ex concionibus corraferunt. Eiusmodi sunt, qui conciones varijs doctrinis inserciunt, vt vix locus detur ad mores instituendos ad vitia expurganda nisi valde leniter, & sine effectu; & hi qui nomen eloquentis affectantes orationem totam tot flosculis ornant, vt vix vllus fructus appareat: & hi qui vt Greg. ait tantum afferre soliti sunt, quæ auditorum corda ad rependendas laudes excitent, non autem ad lachrymas accendant. Huc pertinent ij, qui maximè probari volunt his qui dicunt, loquimini nobis placentia & audiemus vos; aures titillant, solam sibi delectationē proponunt, vt poetæ aliqui atque histriones. Quos omnes adulterare Dei Verbum docet S. Paulus & Greg. Adulter (ait) non prolem, sed voluptatem querit, ita vanæ gloriæ feruens prædicator, rectè adulterare Verbum Dei dicitur, quia per Sacrum eloquium non Deo filios gignere, sed suam scientiam desiderat ostentare.] Ego de vtriusque simul sententiam si proferre velim, dixerim id quod Aug. ait. Nihil esse in hac vita & maximè in hoc tempore letius, facilius, & acceptabilius hominibus, Episcopi, presbyteri, & diaconi officio si perfun-

1. par. c. 7.

In eos Prædicatores, qui non ad fructum prædicant.

8. Mor. 26

8. Mor. c. 25.

Ep. 148. ad Vab.

perfunctorie atque adulatorie res agatur; Sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. Contra verò inquit, nihil in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laboriosius, ac periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio; Sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet.] Subscribit Augustino Beda, Sicut (inquit) pastores, qui bene administrant, bonum gradum sibi acquirunt, & presbyteri, qui bene præsent, duplici honore digni habentur, ita qui officium docendi sibi indoctus, & ineptus usurpare tentauerit, vel Christi doctrinam non sincere annunciauerit, maioris iudicium damnationis meretur, quam si solus in suo scelere periret.] Hac verò quæ a me dicta sunt de difficultate, ac periculo, non debent eos deterrere, qui ex obedientia Superiorum hoc munus exercent. Nam si opus difficile, certè difficilia quæ pulchra; atque vt periculi sint immunes, vera cordis humilitas faciet, sincera gloriæ Dei, ac animarum salutis intentio, oratio ad Deum cum magna mentis fiducia, adhibita diligentia in studio præsertim sacrarum scripturarum, ac meditatio diuinæ legis, cum magna spe mercedis, quæ bonos Prædicatores manet amplissima.

His positis de natura muneris huius, personam informare, aggrediamur, quæ vt idonea sit, quatuor præcipuè postulat: Primum, Vocationem Diuinam, quia non est Legatus Dei, nisi qui à Deo mittitur. Secundo, vitæ bonitatem, tum scientiam, postremò eloquentiam: quia aptus legationi non est, quem vita deturpat, vel cui mandatorum cognitio, & exponendi facultas deest. De his igitur singillatim agendū nobis est, initio ducto à Vocatione Diuina, quæ totius ædificij, quod molimur, est fundamentum.

De vocatione legitima Prædicatori necessaria, ac primum de Episcopis & cæteris Pastoribus animarum. Cap. XIV.

Est sanè magnum quiddam & egregium, Dei internuntium & legatum agere in Ecclesia sancta, & varios populos diuinorum mysteriorum sacramentis imbueri; veruntamen illud tamquam ratum ac certum statusdum est, neminem nisi vocatum à Deo, ad tantum munus accedere aut aspirare debere. Qui autem vocantur duorum sunt generum; aut enim ad pastoraalem simul curam vocantur, aut solum ad verbi Dei prædicationem, nulla præterea animarum procuratore, aut Ecclesiasti-

*Epist. 1. ad
Timoth. c.
3. & 5.*

*Quatuor Cõ
ditionatori ne
cessaria.*

*Duplex ge
nus Prædica
torum.*

eleſtaſtica dignitate impliciti. Atque vt prius de priore genere loquamur; Qui ad Episcopalem ſedem à Deo vocantur, eos certum eſt legitimos eſſe Doctores: vnde admonendi ſunt qui Episcopatum deſiderant, vt meminerint diligenter, oportere Episcopum inter cetera eſſe Doctorem; ac proinde ſe ipſi diligenter interrogent & explorent, num ad hoc munus ſatis habeant animi ac facultatis. Qui verò iam paſtorali ſarcinæ humeros ſuppoſuere, cohortandi ſunt, vt ſui paſcendi gregis, cœleſtis doctrinæ pabulo, curam toto animo complectantur. Et quoniam occaſio hic tam grauis tamque ſeria pro Eccleſiæ totius vtilitate ſeſe offert, puto me rem vtilem facturum, & gratam ſanctiſſimis Eccleſiarum Præſulibus, ſi non mea auctoritate nixus, ſed quid hæc de re Sacroſancta Cœcilia, quid Canonice & Apoſtolice ſcripturæ, quid Sanctorum Patrum, & antiquiſſimorum Præſulum ſententiæ iudicent, ſincere hic expoſuero.

Dico igitur ad tam Illuſtrem ac diuinam prædicandi prouinciam, ſicut in veteri teſtamento Prophetas, ita in nouo vocatos & electos eſſe Sanctiſſimos Chriſti Apoſtolos; totius Chriſtiani populi capita, & principes, vt euntes in mundum vniuerſum prædicarent Euangelium omni Creaturæ; quorum partes agunt (certè agere debent) qui eorum vices in Eccleſia gerunt. Epifcopi, ceterique Sacerdotes, qui poſt ipſos, tanquam adiutores ad partem muneris aduocati, & minoribus Eccleſijs præpoſiti, per diuerſa ciuitatum aut dieceſeon loca diſtributi ſunt.

De horum omnium vocatione nihil admodum præterea eſt, quod dicatur; ſed ſolum admonendi rogandique ſunt, vt velint rectè intelligere; ſeduloque conſiderare, cum animarum curam ſuſceperunt, ſe humeros huic ſimul oneri ſubiiciſſe: ac proinde pertinere ad ſe, quos ſuæ curæ commiſſos habent, non ſolum ſanctitatis exemplo, ſed etiam verbo, atque exhortationibus paſcere, atque arctiſſimam Chriſto Iudici rationem ſuo tempore reddituros, ſi munus id neglexerint: Si vero rectè exequuti fuerint, præmia ampliſſima relatuſos. Cœcilium Trident. ſeſſ. 5. cap. 4. & ſeſſ. 24. cap. 4. decreuit præcipuum munus Epifcoporum hoc ipſum eſſe, & per ſe ipſos, niſi graue aliquod ſubſit impedimentum, teneri gregem ſuum diuini verbi pabulo ſuſtentare. Concil. Toletanum ſecundum. c. 2. & habetur diſt. 88. cap. Epifcopus. Concil. Carthag. 4. c. 2. Remenſe c. 14. Arelat. ſeſſ. 4. cap. 10. Lateran. ſub Innoc. 3. c. 10. & ſub Leone X. ſeſſ. 1. Moguntinum primum. cap. 25.

Epifcoporum propriū eſſe munus prædicare probatur ex Concilijs.

Hoc

Hoc autem dogma non humana autoritate nititur, sed diuinis scripturis, & ratione ipsa ita firmatur, vt dubitare nemo possit, quin Prælatos ad id, diuinum ius atque adeo naturale, obstringat. Diuus Paulus virtutes multas in Episcopo requirit, cum ait, debere eum esse hospitem, sobrium, pudicū, prudentem, nō violentum, non litigiosum, modestum, non percussorē. Inter has admiscet, oportere eum esse Doctorem; quasi dicat, vitam omni virtutum splendore ornatam Episcopo non esse satis, nam hoc priuatis quoque necessarium est: sed ex officio quod ad alios tendit, etiam ad docendum obligari, vt non sibi tantum viuatur, sed aliorum doctorem agat. Itaque Hier. hæc Pauli verba considerans, Nihil, inquit, prodest Episcopum conscientia, virtutum frui, nisi & creditum sibi populum possit instruere. Similia propè ad Titum scribit Apostolus, vbi inter vitæ sanctæ eximios mores, oportere eum esse amplectentem, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Et idem præceptum repetens ad Tim. tamquam rem ad salutem necessariam, Attende (inquit) tibi & doctrinæ, hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Et rursum eundem grauissimè adiurat, Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius & regnum eius, prædica verbum, infra opportune, importune, & qua sequuntur, quæ cuius timorem possent incutere: & subdit, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple, aperte significans hoc esse ministerium eius, scilicet, Evangelistæ opus agere, cui si desit, sui non impleat ministerij partes; sicut etiam has duas voces simul connectit: Pastores, & Doctores, vt idem prope sit, esse pastorem, quod esse doctorem. Quam autem sint grauius verba apud Ezechielem & formidanda Dei sententia querelis plena, obsecro Episcopos, & eos qui ad curam animarum vocati sunt vt attentè ac maturè contemplantur, ne doleant aliquando ea non opportuno tempore a se considerata. Nam sub nomine speculatorum ad Præsules verba faciens, ait, Cum tulerit populus terra virum vnum, & constituerit super se speculatorem, & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuncianerit populo: Tunc si populus non se custodierit, culpa erit populi ex domini sententia, non speculatoris; at si speculator non insonuerit, populus quidem in sua iniquitate morietur, at sanguinem eius de manu speculatoris dicit requirendum. Quid sit autem buccina perfonare, Deus ipse explicat, Audiens,

Probatur ex
scripturis Sa
cris.

Cap. 10.

Cap. 4. 1.
Timoth.

2. Timoth.
t. 4.

Ezech. 3.
33.

Audiens, (inquit) ex ore meo sermonem annuntiabis eis ex me, & si me dicente ad impium, Impie morte morieris, non fueris locutus, ut se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. In qua sit tuba, quæ buccina speculatoris. Ac Episcopis quidem, apud Isaiã dictum est clarius: Exalta quasi tuba vocem tuam, annuntia populo meo scelera eorum: Quis non timeat, quis non exhorrescat iam, ne imparatus in tot animarum ratione reddenda, quando ante conspectum summi Iudicis sistendus erit & interrogatus obmutescat? Rursum apud eundem Ezechielem cap. sequente adhibet Deus gravissimas minas contra pastores, qui se ipsos pascunt, non gregem: Væ, inquit, pastoribus Israel qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascuntur? Et acerbissimas subjicit querelas contra huiusmodi pastores, ex quorum incuria, dolet dispersas esse oves suas summus Pastor Deus, & datas esse in devoracionem bestiarum agri, & dispersas errasse in cunctis montibus, nec esse qui eas requirat; Propterea, inquit, pastores audite, Verbum Domini, hæc dicit Dominus Deus, (verba sunt plane timenda pastoribus, cum sint verba Domini Dei omnipotentis, ac iustissimi Iudicis) Ecce ego ipse super pastores requiram, gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos. Per Hierem. hoc dolet Deus, quod parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: crudelis omnino spiritualis pater, qui filijs suis esurientibus & famescensibus panem non frangit verbi Divini, quo animæ sustententur & crescant. Apud Ioelem describitur magna sterilitas agrorum, vineas in desertum positas asserit Deus, decorticas ficus, & folijs nudatas, devastatum triticum, confusum vinum, & omnia ligna arida, dispersisse pecora, ingemuisse omne animal, quia non essent pascua eis, & exsiccatos fontes aquarum. Quibus verbis videtur mihi voluisse significare defectum verbi Dei, quo fecundante & irrigante omnia virescunt, omnia pinguescunt, quo deficiente omnes campos inuadit intoleranda sterilitas.

Cap. 58.

Tren. 4.

Iocl. 1.

Idem probatur ex Patribus. Cap. XV.

Consentanea his, quæ à sacris Concilijs de officio concionandi proprio Episcoporum dicta sunt, secundum doctrinam Dei, & Scripturarum etiam locuti sunt Patres gravissimi;

uissimi; & hoc negotium meo iudicio acrius urgent, quam
videantur aduere aliqui Ecclesiarum Præsules. Meum
non est, neque uerbo, neque scripto Ecclesiam sanctam Antifites
docere. Absit ut id mihi arrogem, cum omni Potius submis-
sione rogem, ut non meis, sed Patrum maximorum uerbis
animum adijciant, & perpendant, quale sit onus, quod vel ipsi
expetierunt, vel ab alijs impositum sustinent: Ego paucorum
uerbis contentus ero, legant quæso ad quos id ex officio per-
tinet, quæ Gregorius Magnus proponit. Quid, inquit, nos

*Homil. 17.
in Euang.*

pastores agimus, qui & mercedem consequimur, & tamen
operarij nequaquam sumus? fructus quippe Ecclesiam in sti-
pendio quotidiano percipimus, & tamen pro Ecclesia mi-
nimè laboramus; pensamus cuius damnationis sit sine la-
bore hic mercedem laboris percipere. Ecce ex oblatio-
nibus fidelium uiuimus, illa in stipendium animarum sumi-
mus, quæ pro redimendis peccatis suis, fideles obtulerunt,
nec tamen contra peccata eadem uel orationis studio, uel præ-
dicationis ministerio, ut dignum est insudamus: & addit, Nulla
animarum lucra quærimus, ad nostra quotidie studia vaca-
mus, terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente
captamus, locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus im-
plicamur, Dei causam relinquinus, ad terrena negotia vaca-
mus.] ubi multis ac firmissimis rationibus, & scripturæ locis
hanc obligationem explicat, quæ uideri poterunt qui uelint
facillimo negotio, & legentem poterit monere Diui Gregorij

*lib. 4. Regi.
Epist. 37.*

zelus. Legatur eiusdem Epist. ad Anast. ubi illi Episcopo &
Ecclesiam illius Antiochenam congratulatur in eius reuersione
amantissimus totius Ecclesiam Pastor idem Greg. Incipit Epi-
stola: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ vo-
luntatis: quia magnus ille fluuius, qui quondam arenam Antio-
chie saxa reliquerat, tandem ad proprium alueum reuersus,
& subiectas & iuxta positas ualles rigat; Iam nunc (inquit)
dubium non est multos in eius uallibus flores excrescere, eosq;
ad maturos usque fructus per linguæ uestras fluentia peruenire;
unde omnipotenti Deo debitam laudem cordis atque oris uo-
cibus, ex omnibus medullis reddimus, & in uestra beatitudine
non uobis tantummodo, sed omnibus qui uobis subiacent con-

l. 2. Ep. 39.

gaudemus.] Placet etiam ex eodem Gregor. ad Dominicum
illa subijcere, Episcopus, ait; semper de hoc prædicationis mi-
nisterio cogitet: & statim subdit, Intentissimo timore confide-
rans, quod recessurus ad percipiendum regnum Dominus, ta-
lenta

lenta seruis distribuens dicat , negotiamini dum venio , quod profecto negotium tunc vere nos agimus, si viuendo & loquendo proximorum animas lucratur, si infirmos quosque cælestis regni gaudia prædicando, in superno amore roboramus, si superbos ac tumidos gehennæ supplicia terribiliter insonando flectimus,] & subdit; Sed ad hoc ego pondus meæ infirmitatis expauesco & quod accepto regno paterfamilias redeat rationem nobiscum positurus aspicio.] Timebat sibi vir tantus : & addit, Sed qua mente sustineo cui de suscepto negotio animarum , lucrum aut nullum aut pene nullum reporto ?] Am-
 brosius de se loquens , Vobis , ait, quasi liberis tradimus quæ
 Spiritus sapientiæ manifestauit nobis, cum effugere non possimus officium docendi, quod nobis refugientibus imposuit Sacerdotij necessitudo,] & subdit discendum mihi simul & docendum est, quia raptus de tribunalibus atque administrationis infulis ad sacerdotium, docere debeo quæ antea non didiceram.
 & tamen necessitatis vinculum agnoscit. Chryf. Multum, ait,
 omnino confert ad Ecclesiæ adificationem, si Præsules doctrinæ gratia polleant, quæ nisi adsit plurima Ecclesiastica disciplina peribunt.] Quantum vero periculi ipsis Episcopis imminet si huic muneri desint, multis, & grauissimis verbis explicat, & vt solet non solum sapienter, sed eloquenter exaggerat in libris de sacerdotio, quos si quis Episcopatum desiderans voluerit attentius legere ac perlegere, forte imitabitur eiusdem Chryfostomi exemplum, qui omnem adhibuit conatum, & fuga sibi consuluit, ne id onus vel opus assumeret, quod & plerique sanctorum fecerunt. Si quis vero iam in Episcopum inunctus est, nec potest fugam arripere, habet vnde sibi & timeat & provideat, vt animæ suæ interitum effugiat, quia & hoc valde sibi timuisse Chryfostomus affirmat, cuius sanctitatem eam fuisse scimus & ante & post susceptum officium, vt merito admirari omnes debeamus. Idem etiam Chryf. Sicut, videns (inquit) arborem pallentibus folijs, intelligis vitium esse in radice ; Ita si aduertas plebem ac populum indisciplinatum, argumentum est esse defectum in statu Ecclesiastico, ad quem cultura spectat. Sicut si horologium audieris quod perperam horas significet, bene agnoscis culpam esse eius cui cura incumbit; eodem modo peccata populi ijs sæpe adscribuntur qui oportune remedium adhibere debuerant. Et plane cui non apparet manifestissimum id esse in multis Ciuitatibus, vbi populus non docetur à suo Pastore, non admonetur, non corrigitur,

D homi-

lib. 1. off. 2.

1.

Ho. 15. in

1. ad Tim.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

ser. 1. 1. 1.

homines ibi morè belluarum viuere, & Christianos mores in barbaros & infidelium ritus degenerare? cuius maxima causa est, vt dicitur Marci 6. quia sunt oues absque Pastore; & licet non desit Pastor, tamen perinde est ac si non esset, vtinam non habeat locum alicubi illud. O Pastor & idolum. S. Prosper, *lib. 1. c. 21.* Je, inquit, cui dispensatio commissa est etiamsi sancte viuat, si tamen perditte viuentes arguere, aut erubescit, aut metuit cum omnibus qui eo tacente perierunt, perit.] Et quidè omne ius & ratio id ita fieri debere agnoscit; Nam si nauis aliqua mercibus onusta male pereat naucleri negligentia, cum suis mercibus, merito omnium reus erit cuius cura & nauis, & merces, & homines concrediti erant Greg. Tabernaculum Sacerdos ingrediens tintinnabulis ambiatur vt videlicet prædicationis voces habeat ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendant scriptum quippe est vt audiatur sonitus quando ingreditur vel egreditur sanctuarium in conspectu domini & non moriatur.] Sunt ait Cyrill. minime obscurum ænigma prædicationis facta ex auro tintinnabula. Addit Hieron. Tanta inquit, debet esse scientia & eruditio Pontificis, vt & gressus eius, & mores, & vniuersa vocalia sint, veritatem mente concipiat, & toto eam habitu resonet & ornatu.] Eadem optime confirmat Nicolai Papæ autoritas, Dispensatio inquit cœlestis seminis nobis iniuncta est, vè si non sparserimus, vè si tacuerimus.] Ex quibus apparet mirum esse sane, non sæpe animo discrucari eos qui tot animarum curam gerunt ob incuriam, qua tanti momenti munus exercentes per raro suos ipsi filios, tamquam boni parentes adhortantur, nec valde laborant, si legitime ipsi impediantur, substituere, qui id officij pro dignitate administrant, magisque eligunt concionatores qui verbosæ eloquentiæ, & curiosæ studeant doctrinæ, quam morum correctioni, & animarum vtilitatibus: Mirum inquam mihi est quod seuerissimum de hac re iudicium subituri non timeant vultum Christi Iudicis ipsos ob neglectum suum sanguinem correpturi; quod nota sancti gregis æterna salute dormire, cum tamen in redditibus beneficiorum & conseruandis, & augendis admodum se diligentes ostendant.

De Vi. cõr.
lib. 1. c. 21.

2. par. c. 4.

Lib. 11. de
Ador. de.
Epist. 128.
ad fab. in
sine.

Habetur
d. 43. c. 5.

Diluuntur quatuor obiectiones. Cap. XVI.

Placet hic adijcere pauca quædam, quibus, excusationibus aliquorum respondeamus, ne quis friuolis verbis ad sui regnum frustra confidat. Ac principio satis apparet, non esse legitimam Episcopi excusationem, si dicat ideo se abstinere a concionandi labore, quod non videat se posse dicendo eam eloquentiæ consequi laudem, quam aliqui magni nominis viri sint affecti: Non enim debet ad humanam gloriam, & sui ipsius famam hanc muneris sui præcipuam partem dirigere; neque hoc tam eximium, & Apostolicum munus ab humana debet eloquentia, & Rhetorico artificio pendere: esset enim hoc non Christo, sed vanitati seruire, præsertim quod in Prælati non exigit populus, nisi grauem quandam & nullo modo affectatam eloquentionem, qualis plane patri continet filios suos alloquenti. Si sermo ex intimo mentis affectu nascatur, si cum charitate ac zelo sit cõiunctus, sine magnis amplificationibus, sine multa actione, copiosorem fructum colliget, quam aliorum conciones, & eruditione plenæ, & eloquentia redundantes pariunt. Audiant qui se excusant D. Prosperum satis (ait) posse proficere auditores, si a doctoribus suis, quod vident spiritualiter fieri hoc etiam, simpliciter sibi audiant prædicari dicente Apostolo & si imperitus sermone, sed non scientia vnde datur intelligi, quod non se debeat, Ecclesiæ doctor de accurati sermonis, ostentatione iactare, ne videatur, Ecclesiam Dei non velle ædificare, sed magis se quantæ sit eruditionis ostendere.] & post pauca subdit. Tam simplex & apertus, etiam si minus latinus disciplinatus tamen & grauis sermo debet esse Pontificis, vt ab intelligentia sui, nullos quauis imperitos excludat, Sed in omnium audientium pectus, cum quadam delectatione descendat. Et subdit capite sequenti, Alia est ratio declamatorum, & alia debet esse doctorum, Illi elucubrata declamationis pompam totis facundiæ suæ viribus affectant. Isti sobrio vsitatoque sermone Christi gloriam concupiscunt.]

Deinde neque illud idoneum impedimentum est, si quis multis ac varijs negotijs se distineri affirmet: cum enim inter Prælati munera hoc sit primum maximeque necessarium, alia potius, quam hoc, alijs committenda sunt. Diuus Petrus Cleto, & Lino, multarum rerum administrationem relinquebat, vt ipse Dei verbo vacaret. D. Paulus nec baptizandi quidem opere.

D 2 volebat

1. Excusatio.

1. 1. de vi. con. c. 23.

2. Excusatio.

Episcopus li-
beret se ab
alijs curis vt
prædicationi
vacet.

volebat se à concionibus retardari, cū se ad euangelizandum, non baptizandum vocatum esse diceret. Idem fecisse scimus antiquos & sanctissimos Episcopos, Athanasium, Basilium, Chrysostrum, Augustinum, Gregorium, Leonem, & alios. Plane Concilium Carthag. 4. præcipit, ne Episcopus viduarum, ac pupillarum, & peregrinorum gubernationem per se ipsum agat, sed per Archipresbyterum vel Archidiaconum: Et inferius vetat ne vllam rei familiaris curam ad se reuocet, vt lectioni & orationi, & verbi Dei prædicationi vacet. Acceperunt Patres hoc ab Apostolis, qui Actor. 6. dicunt, Non est bonum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Quod si pauperum curam per semetiplos noluerunt exercere, & verbi Diuini prædicationi posthabuerunt, multo minus litium & forensium negotiorum occupationem molestissimam ei præferrent. Quid enim absurdius, quam multas horas tribui litigatoribus audiendis, nec otium suppetere ad lectionem, orationem, & parandas exhortationes?

3. Excusa-
tio.

Non deerunt forte qui dicant, se alios viros prouidere idoneos qui hoc munus cum fructu præstare queant. Profecto si in alios fas sit curam & onera reijcere, quilibet quamuis idoneus, ac stolidus poterit ei dignitati esse idoneus; quippe per alios omnia exercebit munia, ipse verò beneficiorum fructibus & Ecclesiæ redditibus sine labore vlllo perfruetur; quod an apud Deum aliquid valeat ipsosmet Iudices constituo. Tanti hoc æstimarunt antiqui Patres vt Episcopus per se loquatur nõ per alios, vt præter ea quæ a nobis initio dum de ritibus prescis ageremus, allata sunt, etiam in Concil. Hispal. 2. decreuerint, Episcopo præsentem, non licere presbytero populum docere, aut exhortari; quod argumentum est illis temporibus id voluisse Prælatos, & illud ius obseruari solitum, vt si adesset, Episcopus, ipse suum populum alloqueretur, ipse saluaret, ipse admoneret, nec voluisse in aliorum humeros proprium onus deponere.

4. Excusa-
tio.

Denique si dicat Episcopus sæpe populos admonui, sapissimè Euangelistam egi, nec tamen aduerto emendata vitia, repressam multorum licentiam, non aspicio florescentes campos non maturos fructus, nolim oleum, & operam perdere; Recordetur, Verbum Dei non posse omnino vacuum reuerti, si ex cordis pietate nascatur, si cum spiritu proferatur. Sed quicquid sit, optimè Bernardus fac tu quod tuum est, nam Deus quod suum est satis absque tua sollicitudine, & anxietate curabit, certe

Ber. ad Eu-
gen. lib. 4.
initio.

certe sua merces Prælato non deerit.] Sed ad hoc fufius cum Chryfoftomo respondendum est à me paulò inferius in cap. de fiducia in Deum, quare in præfentia superfedeo, ne iterare eadem fit neceffe. Quæ autem de Episcopis dicta sunt, etiam sibi dicta existiment cæteri, qui animarum curam habent presbyteri; vt enim Apostolis Episcopi successerunt, ita septuaginta duobus Christi discipulis presbyteri, vt docent Hieron. August. Damaf. Ipsi milites sunt Episcoporum, ipsi eorum vexilla sequuntur, Ecclesiam Dei circundant, & hostium cuneos profligant: Ipsi sunt veluti prouectiores Episcoporum discipuli, qui, accepta ab eis facultate, Infideles, vel Cathecumenos per baptismum in Catholica Ecclesiæ scholam admittunt, eosque, & alios rudiores discipulos omnes fideles doctrina virtutis erudiunt, sunt vt lucernæ à maioribus luminaribus lucem mutuantes, cuius splendore tenebras è mentibus pellunt, & igne veræ charitatis accendunt, suntq. inferiores Angeli, qui à superioribus Archangelis purgati, illuminati, perfecti alios possint & ipsi secundum portionem animarum sibi commissarum purgare, illuminare, perficere; & hoc modo Præsulum suorum onera ex parte sustentare. Audiant quid Gregorius in suo Pastoralis habet: Officium (inquit) prædicatoris accipit quisquis ad Sacerdotium accedit (loquitur de sacerdote præcipuè curæ animarum præfecto) vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter sequitur, & ipse clamando gradiatur.

Eadem cæteris curatis conueniunt.

ep. ad Marcellum.
ep. 3. in ps. 44. pro patribus tuis &c.

Greg. in past. par. 2. c. 4.

De alijs legitimis verbi Dei prædicatoribus.

Cap. XVII.

Diximus de his, quæ ad ministerium verbi Diuini simul cum Pastoralis cura, & præfectura vocantur. Iam de alijs agendum, quibus solum prædicationis munus iniungitur. Ac ponendum principio horum duplicem in sacris literis vocationem reperiri, alteram à Deo per se se; alteram à Deo per hominem, cui legitima sit potestas. Christus quidem Dominus, Apostolos, quos mittere in mundum vniuersum, & Euangelium suum omni voluit prædicare creaturæ, diuina sua voce vocare dignatus est. Idem ipse posteaquam in cælum conscendit, Paulum, missa de cælo voce, in reliquum Apostolorum numerum cooptauit. Ex quo verè hic illa de se scribere potuit in epist. ad Galat. Cum au-

Duplex vocatione ad prædicandi officium.

cap. 10.

D 3 tem

1. 6. 4.

1. cap.

1f. 6.

tem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meae, & vocavit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me: & epist. ad Thessal. Probati sumus à Deo, ut nobis Evangelium crederetur. Magnifica sanè gloriatio, non vni è mortalibus, sed immortalì homini, ac Deo probatum sic esse, ut ei Evangelij promulgatio crederetur. Olim verò sanctos Prophetas, cui dubium esse potest non sua sponte, sed admonitu Dei excitatos ad ea prædicanda repente profuissè, quæ nemo alius eis, nisi Deus ipse suggereret? Sanctus Hieremias, ille, quem suis manibus finxisse, atque formasse gloriatur Deus; ne ad concionandum mitteretur, pueritiæ excusat impedimentum, A A A Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Obsequentissimus verò Dei famulus Moyses, quam timidè, quamq. cunctanter legationem ad Pharaonem suscepit? Assignatum sibi à Deo munus tantum non subterfugere parat, onus denique quod suis humeris impar existimabat, valentiori alicui imponi adeo humiliter, ac demissè deprecatur, ut propemodum quasi contumaciter abnuenti, ac recusanti seruulo, meritò subiraſci Dominus videatur. Nec verò Isaiam putandum est sponte sua magis, quam iussu Dei promptum se se, atque alacrem ad concionandum obtulisse: intellexerat videlicet Vates sanctissimus per visum illud, quo quærentem Deum audierat, quem mittam? & quis ibit nobis? aperte se à Domino ad munus illud designatum; quamobrem diuinæ obsecutus voluntati, respondit, ecce ego, mitte me. Neque tamen prius prodire in publicum, nec verba ad populum facere ausus est, quam Deum ipsum clarè exaudiuit præcipientem sibi, ut pergeret quò mitteretur, & Seraphim conspexit, qui comprehensò de altari carbone labia, populi contagio maculata purgaret. Denique prænuncius Christi Ioannes, non ante, in omnem regionem Iordanis pœnitentiam prædicaturus, aduenit, quam verbum Domini factum sit super eum: Verbum Domini prius intus in seruulo operabatur, tum foris vocis officium in concionatore sequebatur. Hi omnes, alijque complures singulariter à Deo sunt vocati. Sed communis diuinæ providentiæ ratio est, ut per legitimos Præsides deligantur ij, quorum opera in huius functione muneris vti constituit Deus. Præclare Paulus ad Romanos cum docere vellet, omnino necessariam esse in Ecclesia Dei prædicationem, sine qua non constat fides, posteaquam dixit. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quo-

quomodo autem audient sine prædicante? subdit, quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? Omnino ergo qui Christi fidem ritè docere, ac prædicare debent, siue a Deo, siue ab homine, Dei vicem representante mittantur necesse est; alioquin sibi obijcienda putent, quæ apud Hierem. grauissimè exprobrat Deus. Non misi eos, neque præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Et non mittebam eos, & ipsi currebant; non vocabam eos, & ipsi respondebant;] Quæ pluribus verbis toties repetita sententia, satis eorum coarguit imprudentiam dixerim, an impudentiam? qui verbi ministerio vltro se offerunt, qui non iussi ad concionandum accedunt, sed irruunt non vocati. De quibus Chryf. multi, inquit, vt in publicum prodeant & concionentur multa faciunt, & si applaudentem multitudinè habent, quasi regnum adepti sint exiliunt gaudio, si autem silentio sermo eorum claudatur, maior illis ex silentio, quam ex gehenna mæror incessit.] Non potuit melius quam his Chrystostomi verbis hæc leuitas describi. Rectè S. Bernardus ad vineas, inquit, quæ animæ sunt, vel Ecclesiæ, reuiscendas, instruendas, corrigendas, saluandas anima perfectior inuitatur, quæ tamen id ministerium fortita sit non ambitione sed vocata à Deo tamquam Aaron]. Diuus Hieron. quatuor enumerat genera prædicatorum. Primum genus eorum, qui neque ab hominibus, neque per hominè, sed per Iesum Christum vocati sunt & missi. Secundum a Deo per hominem. Tertium ab homine non a Deo. Quartum neque ab homine, neque a Deo, sed à se. Exemplum primi generis est Paulus maximè. In secundo genere est Iosue a Deo per Mosen: ex nostris Chrystostomus Basil. Aug. Ambros. Greg. Bernardinus Senensis, S. Vincentius & alij. In tertio genere sunt omnes ij, qui aliqua lucri cupiditate, vel inanis auræ ambitione loca ad concionandum ambiunt, & per literas emendicatas & fauores humanos extorquent à Prælatis. In quarto genere videntur reponendi Hæreticorum ministri, qui magisterium hoc sibi assumunt, sicut quiuis artem aliquam sibi exercendam arripit arbitrato suo. Et hæc planè fuit prima tantæ pestis origo & seminarium, quæ tam multas Ciuitates ac Prouincias hac tempestate peruagata lætaliter infecit, quod scilicet voluerint homines libertatis malæ, ac nouitatum amatores his aures præbere, qui nulla nixi autoritate legitima, se in id munus prædicandi verbum Dei ingesserint, neque vocati, neque missi, cum neque suæ vocationis signa, quod a Deo mittantur ostendere possint, neque a Prælatis Ec-

Coutra eos qui non vocati se ingerunt.

Hom. 30. in act.

Ser. 58. in cant.

In ep. ad Gal. lib. i. initio.

Origo hæreticorum.

clesia, quorum ea est cura, villas habeant literas & authoritatem. Debuissent planè populi populorumque magistratus aduertere a dæmonibus immisos, qui cathedras sic inuasent, præsertim cum nouam doctrinam, & antiquæ religioni contrariam inueherent. Oportuisset ab his nouatoribus percundari, Quinam estis vos? a quo missi? qua authoritate locum Doctorum assumpsistis? unde vos proripuistis? qui enim aliunde intrat in ouile quam per portam, quæ est Ecclesiæ authoritas, & Prælatorum, fur est & latro, diripere venit, non dirigere, mactare intendit non pascere.

In eos qui non vocati Prædicatoris officium ambiunt.

Cap. XVIII.

Sed mittamus Hæreticos, & loquamur de his, qui apud nos non vocati ambiunt hoc officium, & quibuscumque artibus ad magna pulpita viam affectant. Sanè si detur mihi facultas liberè, quod sentit animus exprimendi, dixerim hunc appetitum, & vt ita nominem scabiosum concionandi pruritus, vel stultitiæ, vel arrogantiam, vel etiam vtriusque euidentem argumentum videri. Stultitiæ quidem, quia non aduertunt hi, quantas secum difficultates, quantaque pericula onus hoc grauissimè afferat, cui vix robustissimi humeri pares esse queant: quod præsertim euenit ijs, qui nec morum sanctitate, nec multa eruditione præditi, vix pauca ex Theologia, ex sacris literis, ac sanctorum Patrum lectione delibarunt. De his vera est Hieronymi sententia, Qui (ait) prius respondet quam audiat, stultum se esse demonstrat. qui prius doctor esse desiderat, quam discat, stultitiæ noxam non declinat]. Audi quanam sit grauissimè Theologi Nazianzeni sententia hac de re in orat. de sua fuga, vbi de verbi Dei dispensatione loquens, quam omnes ait hac ætate profitentur, si quis est qui audacter suscipiat, aut cuiusuis negotium esse censeat, huius ego solertiam animi acriter ne dicam stultitiam, demiror. Certè si stultitiæ nomen à præstantissimo Doctore id genus hominibus tributum displicet, temeritatis, & arrogantiam notam saltem non effugient. Quis neget virum graui iudicio præditum facile animaduertere posse, non esse se ad hoc munus rectè, cumque fructu præstandum satis idoneum, nisi adsit efficax quidam feruor spiritus in eius pectore, qui ita ad dicendum eum rapiat, vt ad commonenda corda auditorum sit potens? Sed quæso te, vbi nam requiescit spiri-

Stultitia eorum qui non vocati se ingerunt.

In cap. 58. prou.

Greg. Nazianz. in sua or. Apolog. 1. Temeritas eorundem.

spiritus Dei? nonne super humilem ac timentem sermones Dei? qui autem verè humilis corde est, non facillè sibi persuadebit, se cum esse, qui ad tam magna & præstàtia idoneus iudicatur; multoque minus semetipsum non vocatus andebit ingerere. Præclarum est S. Antonij Patauini exemplum, qui diu facultatem, qua in concionando pollebat, occultauit, tantum aberat, vt auidius id munus appeteret; quem Deus tandem, cum ei placuit, in lucem protulit. Itaque si qui ex obedientia alijs quàm concionandi laboribus distinentur, possunt sibi omnino persuadere, si id expediret, fore, vt Deus vocaret eos in publicum, qui optimè nouit quid Ecclesiæ suæ, ac nobis maximè conducatur. Summa huius negotij est & caput. Deum ipsum eligere & vocare quos voluerit, idque per Vicarios suos, qui ritè potestatem obtineant. In Act. dicit Deus. Segregate mihi Saulum & Barnabam ad opus ad quod elegi eos. Dignum est animaduersione mysterium quod subiiciam. Venerat olim ad Christum quidam, adsectatorem Domini se esse velle vnum è numero discipulorum præse ferens, cum diceret, magister sequar te quocumque ieris; Is tamen indefessi famulatus obsequium Domino spondens, ab optimo magistro responsum hoc tulit, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet; quibus verbis numero discipulorum exclusus, locum quem optauit tenere non potuit. Idem Dominus alium quemdam demortuo parenti solennia funerum parantem, adsectari se, & in suorum discipulorum comitatu esse iussit. Cumque is sepeliendi patris causa paucorum dierum, aut horarum moras postulasset, à Domino non impetravit, sed audiuit, sine mortuos sepelire mortuos suos: tu autem sequere me, & euangeliza verbum Dei. Nonne hinc perspicuum est, munus hoc prædicandi Euangelium non votis hominum deligi, sed diuini numinis destinatione deferrì? Concionatores enim suos Dominus quos vult ipse sibi deligit, ipse vindicat: ipse quos vult negligit ac repudiat. Veruntamen ex Sanctorum Patrum dictis intelligi facillè potest, priorem illum non studio spiritualis boni, sed lucri cupiditate aut gloriæ accedentem Christum adsectari voluisse: posteriorem hunc sedulo pietatis officia obeuntem vocatum à Domino, & post vocationem obsequium domini rebus omnibus præuertisse: Ita non immerito exclusus alter, alter receptus & in suam societatem admissus est. Quantum vero discrimen sit inter eos, qui legitime vocati munus hoc suscipiunt, atque eos qui ex quadam leuita-

Exemplum
S. Antonij
Patauini.

Act. 13.

Mysterium
Christi exclu-
dentis vnum
vocatantis alte-
rum.

3. Matt.

Discrimen in-
ter legitime
vocos &
non.

leuitate se inferunt non vocati, rei euentus planè demonstrat, nam posteriores vix vltos ex concionibus fructus colligunt: totum est humanum quod agitur: non aguntur vt instrumenta, non sunt cœlestia organa: loqui possunt, delectare possunt, ostentare facundiam possunt, mouere & hominem à peccatis auocare vix possunt. Quantumuis eis non desit multarum scripturarum coaceruatio, philosophorum doctrina multiplex, & eloquentiæ humanæ lenocinia; quia tamen spiritus, & scilicet sincera vocatio deest, etiam fructus & animarum salus deest. Cōtra in Apostolicis prædicatoribus videre est quandam verbi diuini simplicitatem, de populis, de peccatis, de mundo triumphātem, corda hominum penetrantem, & ab omni peccatorum genere ad omnium virtutum amorem pertrahētem. Rogandus est Dominus messis, vt mittat operarios in messem suam.

Signa vocationis, & qua nam sint. Cap. XIX.

Signa ab ipsa
pueritia.

*l. 10. c. 14.
hist. Eccl.
& l. 5. c.
11. & 13.*

Fortassis à me hoc loco iure quispiam petat, vt aliquod assignem vocantis & non vocantis Dei indicium, & argumentum. Duo igitur consideranda propono. Primum ab ineunte ætate solet Deus aliquando instruere ac præparare hominē ad eum vitæ statum, quem ab æterno destinauit, & futuri status significationem aliquam dare ab ipsa pueritia, & suæ vocationis quosdam velut igniculos excitare statim futuræ flammæ indicia. Tale fuit quod Ruffinus Aquileiensis refert de Athanasio, qui puer lusitans cum alijs pueris, Episcopi munus agebat ceremoniasque ac sacros ritus representabat. Augustinus antequam sacro baptisate initiaretur, occulta se quadam vixisse ad sacrorum librorum lectionem mirè inflammatum affirmat, & libenter audisse eruditos Theologos Helpidium Carthagine; Ambrosium Mediolani publicè docentes. Paulus scribit se quondam fuisse Mosaycæ doctrinæ æmulatorem, præ cæteris suis cœtaneis abundantius, & institutum in scholis Hierosolymitanis apud grauissimum Doctorem Gamalielem amplexatum sectam Phariseorum, qui iudicabantur legis diuinæ sincerissimi interpretes. Ex eo iam tempore adornabat eum Deus ad officium magni prædicatoris. Experti sumus aliquos pueros a teneris, vt aiunt vnguiculis rebus sacris valde intentos, verbi Dei præcones libenter & attentè audientes, domi etiam eorum personas, & actiones, coram domesticis representantes, quos deinde agnouimus ad hoc munus assumptos, operam

operam suam egregiè, & cum fructu collocasse. Eusebius scribit de Origene cum adhuc puerum a parente suo Leonida de abditis scripturæ sensibus multa querere solitum. Sanctus Nicolaus qui postea fuit Myræ Episcopus, puer adibat sacras lectiones, dum cæteri lusibus vacabant. B. Carolus Borromæus, qui dum hæc scribo Romæ ante quinque dies in Sanctorum canonem cum summa omnium alacritate ac pompa a Summo Pontifice Paulo Quinto, relatus est, puerulus domi altaria erigebat, & coram eis procumbebat; Itaque prima Indoles sæpe aliquid futurum præfagit. Sed clarius adhuc indicium videtur exquirendum, vt possimus de vocatione diuina iudicium ferre, quod secundo loco examinandum est. Quintilianus in suo Oratore ingenium imprimis requirit adeò, vt cui hoc desit, non magis sibi esse dicta quæ scripturus est, testetur, quam de agrorum cultu sterilibus terris. Ponit autem in puero ingenij signum esse memoriam; cuius duplex adhibet indicium, scilicet facile percipere, ac fideliter retinere; Præter memoriam aliud proximum, ait, esse signum imitationem, quæ est naturæ docilis propria, vt quæ dicit effingat. Socrates ingenij signum ex loquela fumebat cum diceret puero, loquere vt te cognoscam. Nos, in nostro Oratore Christiano, debemus id primum inquirere, & animaduertere, vt sit authore Deo ijs dotibus insignitus, quæ ad munus concionandi rectè exequendum requiri videntur, cuiusmodi sunt, ingenij acumen, & iudicij saltem mediocris maturitas; eloquentia & copia dicendi naturalis, efficax quædam in dicendo vis, quæ inter colloquia communia apparet; aliqua libertas contraria timiditati, & inani verecundiæ; actionis & pronuntiandi venustas, quæ audientes afficit; propensio ad sciētias præsertim, ad Theologicas & sacras; & quod est præcipuum, quædam modesta grauitas, & grauis modestia in moribus, ac virtutibus cum doctrina coniunctis. His rebus qui optimè sit ornatus, significat se ad concionandi prouinciã satis esse idoneum; quibus si accedant zelus gloriæ Dei, & salutis animarum desiderium, atque superiorum suorum ac Prælatorum Ecclesiæ voluntas, aut præceptum, facile credi potest, imo omnino debet, huiusmodi hominem à Deo vocari. Si vero omnino his donis caret, & contrarijs potius scatet impedimentis, non videtur ad tale munus in Ecclesia Dei esse idoneus, ac sibi persuadeat, non esse hanc suam vocationem, cum à Deo instrumentum, quod hæc exercitatio postulat, non acceperit. Nam Deus, nisi quid præter communem suæ prouidentię legē

effice-

Lib. 6. c. 2.
hist. Eccl.

Niceph. 1.
5. cap. 3.

Alia signa
clariora.
lib. 1. inst.
cap. 3.

Dotis ani-
mi.

efficere velit, non solet huiusmodi homines vocare. Si enim ad hoc elegisset, facile esset credere, necessarias eis dotes largitum fuisse: Quod si quis mediocriter est instructus non est planè ineptus, cum possit studio vitæque sanctimonia & exercitatione promoueri, sed deberet aliquod expressius suæ vocationis indicium habere. Et quidem qui in Religione, vel quocunque modo sub Obedientia aliorum viuunt, nutuique alieno res suas commiserunt, si non se importunè offerant, neque vrgeant, sine vllius culpæ suspitione sunt, si superioribus suapte voluntate præcipientibus sincerè obsequantur: & possunt omnino credere à Deo esse vocationem. Quare se indignos existimantes, diligentiam intendant, & elaborent, vt munus iniunctum ad Dei laudem, & cum ædificatione, fructuque proximorum exequantur. Alij, vero si agnoscant se literis Theologicis ac peritia sacrarum literarum ornatos, & sincerè credunt se recta in Deum mente ad hanc sanctam palæstram duci, & cõfidunt se tales esse, ac fore per diuinam gratiam, vt exemplo vitæ Ecclesiam ædificent, possunt Prælati suarum Ecclesiarum se ipsos offerre, & animi propensionem indicare, quã sentiunt, eorumque iudicio totum hoc negotium committere, à quibus sine mittantur, siue non; credant id demum esse diuinæ voluntati consentaneum, quod illi decreuerint. Prælati autem, quorum curæ incumbit idoneos ad hoc munus operarios eligere, tria maximè spectare debent, Morum candorem, cum idonea scientia, Iudicij præstantiam; & talentum concionandi, quæ est gratia gratis data à Deo aliquibus in ædificationem Ecclesiæ, & consistit in efficacia dicendi, vt quæ dicunt efficaciter penetrèt; Et huiusmodi videtur Christus vocare operarios in messem suam, hos videmus in vna ciuitate commouere populos, & magnas animorum commotiones efficere, ita ut vnus polles talento, plus efficiat quam multi simul sine hoc talento. Certe hos debent superiores seligere, inuare, fouere modis omnibus, quod si ineptos admittant, sciant se esse infideles Dei & Ecclesiæ Sanctæ ministros, & rationem aliquando reddituros pro inerti administratione.

Prælatorum
in eligendis
prædicatori-
bus indu-
stria.

Quæ nam sit ad concionandum matura ætas, & de timore
utili. Cap. XX.

His quæ de officio & vocatione dicta sunt, subiicienda videtur necessaria quædam appendix, quæ ad id muneris
de

de quo locuti sumus grauitatem, & maturitatem morum, ac
 ætatis requirit. Decet enim Ecclesiasticum oratorem propter
 rerum ac negotiorum dignitatem, quæ tractat, grauitatem
 huiusmodi præ se ferre, in gestu, verbis, omnique actione, tam
 extra suggestum, quam in ipso: & cauere ab omni eo, quod ali-
 quid leuitatis significet. Nam teste Greg. non facile prædica-
 tio eius accipitur, si leuis in moribus esse videatur.] Aetatem
 etiam maturam exigit idem Greg. Nequaquam ait, debent ho-
 mines in ætate infirma prædicare, quia sermo doctrinæ non
 suppetit.] Et assertit, Christi Domini exemplum, qui ante tri-
 gesimum annum noluit fieri magister hominum, vt præcipita-
 tis vim saluberrimi timoris infunderet: cum ipse etiam, qui la-
 bi non posset, perfectæ vitæ gratiam non nisi perfectæ ætate præ-
 dicarit.] Et rursus eleganter de hoc ipso consilium repetit,
 Admonendi sunt, ait, quos ab officio prædicationis imperfe-
 ctio, & ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, quod
 pulli auium si volare appetant ante pennarum perfectionem,
 vnde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur; vel si structu-
 ris recentibus nec dum solidatis pondus super ponitur, non ha-
 bitaculum, sed ruina fabricatur: Et si conceptam sobolem
 priusquam formauit femina profert, non tam domum quam
 tumulum replet.] Certum est in Concionatore prudentiam,
 & rerum experientiam requiri, quæ in iuuenibus non satis sup-
 petunt, populus non valdè credit iuuentuti, eo quod quæ didi-
 cerint, nimis properè effundantur. placet illud Epicæti dictum
 in Enchy. Magni periculi est statim euomere quod non con-
 coxeris. Aristoteles non iudicat iuuenes esse aptos Ethicæ au-
 ditores ac discipulos, multo minus iudicasset idoneos fore ma-
 gistros. Timotheus iuuenis erat, fateor, sed eo tempore fuit
 à Paulo electus, quando messis multa, operarij verò pauci, &
 nihilominus perfectissima, & singularis in eo virtus mediocri-
 tatem supplebat ætatis, Ioannes Baptista ætatis anno trige-
 simo ad prædicandum mittitur, qua ætate & Christus Domi-
 nus suam prædicationem aggressus est, quam perfectam esse
 ætatem Hieron. docet: Vnde & in Num. Sacerdotes à trigesimo
 anno ministrare incipiunt in tabernaculo, & Ioseph popu-
 lis in Aegypto frumenta largitus est ait idem Hieron. & glos-
 sa interlinearis in illa verba Genes. triginta annorum erat Io-
 seph. quando stetit in conspectu Regis Pharaonis, hac ætate
 ait Christus capit prædicare Euangelium, antequam nemo de-
 bet assumi ad prædicationis officium. Verum qui sub obedi-
 entia

*In Ezech.
hom. 3. lib.*

*Hom. 2.
ibidem lib.*

*In 3. p. Pa-
storal. 26.*

*Admoni-
tione.*

*Cap. 69.
1. Eth. c. 3.
ad Nicom.*

*In Ezech.
c. 1.*

Gen. c. 4.

Timor utilis
in admittendo
augere.

Psal. 49.

Act. 9.

Matt. 10.

Pro. 17.

tia viuunt, quemadmodum alijs in rebus, ita in hac debent ab
suium moderatorum nutu pendere, & aliquando grauitas mo-
rum, atque etiam aspectus, ætatis maturitatem supplere po-
test. Ex his omnibus quæ hæcenus superioribus capitibus pro-
posita sunt, videtur mihi merito suboriri in bono viro timor ex
vtraque parte, siue ad subeundum hoc munus, quod dixi esse
difficile ac periculosum, siue ad detrectandum, ne Dei volunta-
ti videatur obsistere, & animarum salutem non appetere; vt
merito dicere possit (vt noster Pater Borgias in quodam suo
breui opusculo considerandum proponit) Angustia mihi sunt
vndique, & quid eligam ignoro; Timeo ne si prædicationi va-
cem, audiam, quare tu enarras iustitias meas, & affumis testa-
mentum meum per os tuum, tu vero odisti disciplinam; Quod
si non vacem, dicere cogar aliquando, Væ mihi quia tacui.
Timeo negligentiam, & incuriam in tanto opere, ne sim audi-
turus, Sanguinem animarum de manu tua requiram. Timeo
vanitatem ambitionis, & tamen timeo, ne absconditi alicuius
talenti, quod à Deo acceperim, reus fiam in die mortis. Vi-
deo Hieremiam excusantem se ab hoc officio, & Isaiam se Deo
humiliter offerentem, ecce ego mitte me, & vterque timorem
incutit. Timeo videns Ioannem Baptistam non nisi post longam
pœnitentiam, solitudinem, orationes, & contemplatiuam, ac ac-
tue vitæ perfectionem, huic officio mancipatum, & me longè
ab hoc apparatu abesse. Video ipsum Christum non prius ag-
gressum Euangelicam prædicationem, quam apertis cælis vox
desuper delapsa sit, & Spiritus Sancti præsentia baptizatus fue-
rit; & per deserti asperitatem se ipsum præparauerit. Timeo
videns quantos perpeffi sint labores, non solum D. Paulus de
quo Christus dixerat, ego ostendam illi quanta eum oporteat
pro nomine meo pati; & omnes Apostoli quibus prænuntiatum
fuerat, ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum; & tam
multi Apostolici viri, qui spiritu Dei repleti in hoc concionan-
di agone tam multa passi sunt: Timeo inquam mihi, ne tanto
oneri subeundo sufficientes humeros non habeam & tamen ti-
meo ne vili & abiecto animo minus Dei virtute confidens, eius
voluntati oblectari audeam. Vtilis est planè hic timor & a Spi-
ritu sancto, modo non sit nimius, qui mentis tristitiam inutilem
gignat cum dicat sapiens. Spiritus tristis exsiccat ossa, habeat
sibi comitem Amorem. Summa sit omnium quæ diximus hæc.
Primum vt nemo sese intrudat, nemo extorqueat siue eblandia-
tur hoc munus. Deinde vt si qui ritè vocentur, sibi dicendum
putent.

putent , state ergo succinti lumbos vestros in veritate , & calceati pedes in preparatione Euangelij pacis. De qua preparatione promptaque voluntate aliqua mihi dicenda omnino videntur ad eos qui animi fractioris sunt confirmandos.

Promptus animus ad Conciones contra pusillanimes .
Cap. XXI.

Dico igitur eos qui per Superiorum nutum vocantur à Deo, libenti ac prompto animo Concionatoris partes & suscipere, & exequi debere; primum quia hoc negotium maxime ad Dei gloriam institutum est, qua nihil optabilius nobis esse decet, & ad Ecclesiam sanctam beneficium quod Christianis omnibus precipue cordi esse par est. Preterea quia sibi ipsis plurimum proderunt multis modis, & vitam suam transigent in studio ac meditatione rerum sanctissimarum, & in maximo, ac divini operis, quod est animas ad salutem æternam promovere. Non igitur qui ita vocantur, & a natura, & a Deo talentum acceperunt, sicut superius a nobis dictum est, ut possint cum efficacia loqui, debent vilo modo subterfugere, aut detrectare onus, sed suscipere cum omni humilitate, ac fiducia in Deum: alioquin accepti à Deo talenti ratione sibi esse reddendam meminerint. S. Greg. Quo reatu, inquit, astringantur, aspiciant, qui dum peccantibus fratribus verbum prædicationis fugiendo subtrahunt, morientibus animabus vitæ remedia abscondunt. Et sunt nonnulli qui magnis muneribus ditati, dum solius contemplationis studijs inardescunt, vtilitati proximorum vacare prædicatione refugiunt, secretum quietis diligunt, secessum speculationis appetunt, de quo si districtè iudicentur ex tantis proculdubio rei sunt, quantis venientes in publicum prodesse potuissent.] Seuerè item Iust. martyr, qui possunt (inquit) docere, nec docent, damnationem incurrunt. Et Beada in illud prouij, Qui abscondit frumenta maledicetur, benedictio autem super caput vendentium; Qui, ait, prædicationis verba retinet, maledicetur, quia in solius culpa silentij pro multorum quos corrigere potuit, pœna damnatur. Idem affirmat Hieron. in eundem locum pron. Propterea S. Petrus fideles admonet, ne segnes sint, Vnusquisque, inquit, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicuti boni dispensatores multiformis gratiæ Dei; si quis loquitur, quasi sermones Dei.) Verum consideranda hic sunt, primum Dæmonis frau-

*Pusillanimes
animantur.*

*In pass.
p. 3. adm.
25.*

Par. 1. c. 5.

In dial. c. 2.

Triph.

In prouer.

1. c. 4.

fraudes, & astus, qui aliquos religiosos, quos videt non solidis virtutibus nixos, impellit, ut ad hanc concionandi provinciam aspirent, & sese vel insinuent, vel etiam inuehant non vocatos, boni publici, & zeli cuiusdam nomine, quos tamen experimur, nec suis multum rationibus, nec alienis prodesse. Bonos vero, & idoneos eo nomine reuocat, ut uiuant cum maiori puritate conscientiarum, nec se periculis obijciant. In utroque, & periculosus, & perniciosus error esse potest. Deinde si qui sunt ab hoc munere alieni, eos hortor, ut penitus deprehendere studeant veras causas, quibus se inde sentiāt auocari. Quod si coram Deo sincerè ac diligenter inquirent, forsitan non difficile inuenient, non esse timorem peccandi, non desiderium puræ conscientiarum, sed potius segnitiem, & amorē sui, aut languorem charitatis, ac fiduciā in Deum, quem considerant tanquā acerbum iudicem, non ut dulcissimum Patrem; proinde timeant, ne meritò talem experiantur, qualem immeritò sibi fingunt. Tertiò attendant seruum abscondentem talentum in sudario, damnatum fuisse; ubi ait glossa, In Sudario pecuniam reponit, qui ad prædicandum idoneus, amore puritatis conscientiarum, officium prædicationis suscipere renuit, vel susceptum non bene gerit. Sedulo etiam animo versent illam eiusdem Christi sententiam, in parabola talentorum: habenti dabitur, & abundabit, non habenti, etiam quod habet, auferetur, quod planè etiam quotidiano experimento cognoscimus. Quarto, ut putent quantis laboribus & expensis Religio, in qua multos annos vixerunt, insudarit, ut eos aptos vineæ Domini ministros, ac operarios redderet in pietate, ac literis; quamque sint ingrati Deo, ac religioni quam populis eorum opem expectantibus, ac ius suum quodammodo repetentibus iniuriosi, qui cum videant segetes iam albas ad messem, tamen non se accingant ad laborem ad quem vocantur, sed ei præferant otii sui dulcedinem. Qui vero iam oneri non à se sumpto, sed ab his quorum curā se commiserunt, imposito, humeros subieccere, alacri animo ceptum semel opus vrgere debent, nec deficere in via: ut quod acceperunt donum in dies magis exercendo augeatur. Est enim verissima Aug. vox, Non est metuendum ne Deus dare desinat cetera, cum ea quæ data sunt, ceperimus impendere. Omnis res, quæ cum datur non deficit; dum habetur, & non datur, non dum habetur, quomodo habenda est. Sicut ille panis, quem Christus multiplicauit in deserto, dum frangeretur accreuit, sic ea, quæ ad hoc opus aggrediendum iam

Puſillanimitatis origo.

Puſillanimes quæ pena ſequitur.

Luca 19.

Perfidia, & Iniustitia.

Qui ceperunt alacriter progrediantur.

Lib. 1. de Doct. 10.

iam Dominus præbuit; cum dispensari cæperint, eo ipso sug-
gerente multiplicabuntur, vt in hoc ipso ministerio non solum
nullam patiamur inopiam, sed de mirabili eius abundantia
gaudeamus.] Cum ergo sese prædicandi occasiones offerunt,
etiam extraordinariæ, ad exequendum sibi iniunctum officiũ
animum parent, cum Paulus Timotheum hortetur, vt oppor-
tune, & importune prædicet, atque adeò instet, quin potius
dent operam, vt numquam conueniantur imparati. Nam be-
nè meo iudicio comparantur Prædicatores vetricibus, quibus
arca Domini portabatur, qui annulis semper inserti erant in
ipsa arca, nec extrahebantur, vt cum arca esset portanda, nul-
la opus esset mora; quia prædicatores, per quos Ecclesia fer-
tur, debent semper esse accincti ad onus, intentique sacris lite-
ris, ne tum demum necesse sit discere ac studere, cum necessi-
tas, & occasio vrget docendi: sic eis conueniet illud, calcæati
pedes in præparationem Euangelij pacis. Ac ne quem ab hoc
salutari negotio cura retardet vacandi contemplationi, & san-
ctæ quieti, præter ea quæ iam disputata sunt, intueatur sancto-
rum virorum exèpla. S. Bernardinus disertè profitetur, se fru-
ctum animarum, qui ex concione colligitur, suæ contempla-
tioni antepone, cuius tamen suauitate maximè alliciebatur.
Charitas (inquit) quæ non quærit quæ sua sunt, id mihi iam
dudum facile persuasit, nihil desiderabilius eorum vestris præ-
ferre vtilitatibus: orare, legere, scribere, meditari, & si quæ
sunt alia spiritualis studij lucra, hæc arbitratus sum propter
vos detrimenta.] Optimum est Pauli exemplum in assiduita-
te concionum, Vos scitis quomodo nihil subtraxerim vtilium,
quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per
domos: Et mox: Propter quod vigilatè memoria retinentes,
quoniam per triennium nocte & die non cessati cum lacrimis
monens vnumquemque vestrum: Et, Memores enim estis fra-
tres, laboris nostri, & fatigationis nocte ac die: Valere possunt
ad excitandam alacritatem in opere hoc prædicationis verba
Diui Bonaurenturæ, quæ de glorioso Patriarcha Francisco re-
fert: Cum (inquit) animarum salutem, viscerosa pietate ap-
peteret (Diuus Franciscus) & feruida emulatione zelaret,
suauissimis se dicebat, repleti odoribus, & quasi vnguento
præioso liniri, cum Sanctorum Fratrum, per orbem distan-
tium, odorifera fama; multos audiret ad viam veritatis indu-
ci, ex talium auditu exultabat in spiritu, benedictionibus om-
ni acceptione dignissimis, fratres illos accumulans, qui verbo
E & ope-

Prædicatores
comparantur
vetricibus ar-
cæ.

Contemplatio
non debet im-
pedire concio-
nandimimus.

Ser. 51. in
Cant.

Act. 20.

1. Thess.
cap. 1.

Cap. 8. vi-
ta Fran.

& opere ad Christi amorem inducerent peccatores.] Imitandus est B. Martyr Cyprianus, de quo Pontius, qui eiusdem Sancti Praefulis Diaconus fuit, & vitam scripsit, haec refert, Tanta illi fuit sacri cupido sermonis, ut optaret sic sibi passionis vota contingere, ut dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. Haec autem felicitas, quae S. Cypriano in operatis fuit, videtur amantissimo crucis Andreae Apostolo contigit, qui ex desiderio sibi suspensus patibulo, biduo quo superuixit, non cessauit tamquam e suggestu populum edocere. In quo mihi videtur tanquam Symbolum Euangelici concionatoris expressum, ut nimirum vita sic splendeat, Christi que mortificatione in corpore suo ita circumferat, ut tamquam cum Christo Cruci confixus, verba faciat, illa enim fecunda est praedicatione, quae est circulata moribus cruce descendit. Insignis in hoc animarum zelo S. Duffannus fuit, qui die Ascensionis Dominicae renuit festum diem cum Angelis inuitantibus in caelesti gloria felici dormitione traducere. Hodie (inquit) dies sollemnissimus est, & incumbit mihi panis verbi Dei plebem reficere, nec debeo decipere illos, & ideo hodie venire non possum.

Exemplum boni praedicatoris. D. Andreas in Cruce.

Exemplum S. Duffanni.

Merces & Aureola boni Concionatoris. Cap. XXI.

Recordetur bonus Concionator versari se, non in opere solum diuinissimo, alijsque saluberrimo, sed etiam sibi ipsi fructuosissimo. Ac primum ingens illud ac praesens est bonum conuersari semper in Coelo, loqui cum Deo & Sanctis, vel de Deo & Sanctis, animo semper agitare, vel altissima & diuina mysteria, vel quae odium vitiatorum, amorem virtutis ingenerant. Crepidines, quas interfluunt rivuli, aliquid humoris, interbibit & inde videmus letiore graminum, ac stirpium viriditate vestiri: & qui meditatur die ac nocte erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quae canque faciet prosperabuntur. Nutrix dum lautius pascitur, ut alumno lac praeparet, & ipsa pinguescit: & Doctrina & institutio (ait Nazian.) eius quoque, qui alios alit, cibis est & alimentum. quanto plus (inquit Chrysost.) profundimus fluerentur horum spiritualium, tanto nobis & fluente sunt auentura. & mox. Tunc spirituales haec opes magis augentur, quando audire volentibus doctrinam liberaliter profundimus. Multa Clem. Alex. & illa praeter ceteris: Putei, qui exhauriuntur, emittunt

Occupatio concionatoris valde sancta & utilis ipsimet.

Or. 2. in pasch.
Ho. 8. in Gen.
Lib. 1. pro initio.

tunc aquam magis perspicuam; corrumpuntur autem hi, quorum nullus est particeps. Ferrum quoque usus seruat purius, defectus autem usus ei rubiginem generat. Et ut semel dicam, exercitatio salubrem habitum ingenerat & spiritibus, & corporibus. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui accepti fuerint conuincio. quid enim iuuat sapientia, quae non sapientem efficit eum, qui potest audire; praeterea docens aliquis plus discit, & dicens sepe vna audit cum ijs qui ipsum audiunt; Vnus est enim magister & eius qui dicit, & eius qui audit.] Deinde inter caetera praemia ei, qui conuertendis animabus strenuam operam nauauerit, videtur singulari dono promissa suorum venia peccatorum. Ostendunt id non solum priuilegia, eleemosinae corporalis, quae extinguit peccatum, & charitatis, quae operit multitudinem peccatorum, in has quoque eleemosinas spirituales merito & magis conuenientia; Sed apte ac proprie, postrema verba epistolae sancti Iacobi: Fratres mei si quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis enim, scire debet, quoniam qui conuerterit peccatorem ab errore viae suae, saluabit animam eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum: non scilicet solum eius, qui conuertitur; sed etiam, ut multi interpretantur & Syrorum paraphrasis habet, suorum. Et aequum est plane, ut ei, qui se totum exterminandis peccatis deuouit, eodoneatur quae ipse commisit: & hoc maxime, opus Deo pollicebatur David, cum veniam suorum peccatorum precabatur.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Permagnum autem aestimandum est hoc suae salutis & argumentum & pignus, quod confirmant verba Pauli: Attende tibi, & doctrinae, in ista in illis, hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Et Eccles. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. Breuiter at ponderose Chryf: si quis scandalizauerit etiam vnum, tantas poenarum minas audit, qui tot seruat non seruabitur?

Verum non modo salutem sed ingens, cumulatunque praemium repositum esse fidelibus verbi Dei ministris, illud aperte ostendit, quod singulari modo participes sunt omnium bonorum operum, quae fideles per eorum adhortationes efficiunt. locus est pulcherrimus in epistola, qua Moyses & Maximinus presbyteri, & alij confessores B. Cypriano, qui ipsos ad constantiam cohortatus erat, in haec verba respondent. Reddet tibi Dominus, pro ista tua charitate mercedem; & huius tanti boni operis

Cōcionatori
cōceditur ve
nia peccato
rum.

Iac. 5.

Psal. 50.

Psal. 50.

Pignus salutis.
1. Timoth. cap. 16.

Cap. 24.
Hom. 18.
in acta.

Prædicatores
participant in bonis
aliorum.
1. 4. Ep. 26.
Prou. 12.

ris representabit debitam frugem. nō minus enim coronę mercede condignus est qui hortatus est, quam qui & passus est: nō minus laude condignus qui docuit, quam qui & fecit: nō minus honorandus est qui monuit, quam qui dimicauit: nisi quōd nonnunquam magis glorię cumulus redundat ad eum, qui instituit, quam ad eum, qui se docibilem discipulum subministravit. hic enim fortassis hoc quōd exercuit non habuisset, nisi ille docuisset.] Ex quibus apparet, quantam sibi consent summam meritorum, qui diligentes sunt strenuque prædicatores, cum omnium (vti supradictum est) quę in Ecclesia sunt bonorum operum, generale sint instrumentum. De his illud com-

Prou. 12. modè videtur pronuntiare Sapiens: De fructu oris vnusquisque replebitur bonis. Non solum enim tunc concionator bonis repletur, cum quę dicturus est, meditatione (vti nuper diximus) quasi concoquit, & conuertit in succum suum, suamque animam meditationibus sanctis saginat; sed etiam quia fructus, quem ore suo in audientium corde progignit, ad ipsummet redundat, ac redit. Indè Philippenses non solum gaudium suum Apostolus, sed & coronam suam appellat. Adde quę cum magno huius officij honore apud S. Clementem habentur. Presbyteris si assidue in studio docendi Verbum Dei laborauerint, dum

1. 2. const. apost. c. 28. plam esse deponendam portionem, in gratiam Apostolorum, Christi, quorum locum tenent, vt qui sint consiliarij Episcopi & Ecclesię corona, concilium & Senatus.] & D. Paulus eos, qui laborant in verbo & doctrina, duplici honore dignos esse

Aureola Doctorum. decernit, vti que etiam in hac vita, haud dubium quin & in altera singulari gloria decorentur. Ostendunt hoc euidenter

Cap. 12. illa Danielis verba: Qui (ait) docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellę in perpetuas æternitates. Et illa Christi Domini clausula: Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in Regno Cęlorum! Quanti tandem est magnum esse in cęlo, vti

Matth. 5. non potest comparatio esse nisi cum maximis? & in illa clarissima luce eum locum habere, quem nostra in nocte obtinent stellę? Et meritò præferuntur Doctores à Daniele alijs plerisque sanctis in præmio: Nam si de gloria, quam essentialem vocant Theologi, agatur, tametsi certum est mensuram eius et gratia & charitate sumi; illud tamen quoque satis est manifestum, maiorem quandam occasionem offerri vberioremq; ac magis perennem suppetere materiam gratię augendę, ac proindè amplificandę glorię, Doctoribus Ecclesię, quam plerisque

risque alijs : cum illorum munus in præstantissimis operibus sit, in docendis iuuantisque populis ad virtutes & ad salutem, in Sacrosancto Christi nomine celebrando, Deique honore illustrando continenter versari.

Si verò agatur de accidentali gloria, non dubium quin præcipua quædam huiusmodi gloria Ecclesiæ Doctores maneat in cælis, quam Theologi Aureolam vocant, ad differentiam gloriæ essentialis, quam Auream nominarunt. Estque aureola quasi aureæ superaddita, veluti si regio diademati superponatur sertum ex prætiosis floribus contextum: atque est quidem gaudium peculiare in anima, sed ita, ut præcipuus quidam decor etiam redundet in corpus. Harum coronarum cum triplex genus à Theologis statuatur, pro triplici genere perfectæ victoriæ, de carne quæ Virginibus, de mundo quæ Martyribus, de Diabolo quæ Doctoribus debetur; potest intelligi quam sit aureola doctorum nobilissima. & si corona martyrum, ex genere pugne excellit; tamen ex hostium deuictorum natura, longè præstat corona doctorum, quibus peculiaris colluctatio est, non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus: hosque hostes ita profligat, ut non modo ab se, sed ab alijs quoque victos expellant. Itaque si vnus seruatori ciuis honestissima olim à Romanis corona dabatur, quam gloriosa reddetur in cælo prædicatoribus, qui multos cælestis Hierusalem ciues ab interitu sempiterno seruarunt? Ac mihi quidem aliarum quoque aureolarum, videtur aureola doctorum quodammodo decus amplecti. Sunt enim gloriæ Virginum iure participes, qui prædicatione sua efficiunt, confirmant, & ad perfectionem prouehunt Virgines: participes sunt & gloriæ Martyrum, qui ad martyrij amorè, hominum voluntates incendunt. Nam si prophetam, aut iustum recipientibus, iusti ac propheta merces imputatur; quid ni Virgines Martyresque armantibus, & corroborantibus pars quædam gloriæ eorum, & coronarum detur? Quin etiam cum singularis quædam prærogatiua promitti videatur ijs domini verbis, Qui confitebitur me coram hominibus, constebor & ego eum coram patre meo, qui in cælis est. proculdubio hæc prærogatiua iure quodam proprio debetur Prædicatoribus, quorum omnis in hoc vita occupatur, ut toto si possint Orbe Terrarum, coram omnibus hominibus, Christi gloriam & moribus, & lingua confiteantur, & prædicent. Quantus verò erit

Ex c. 25.
Exodi.

Aureola doctorum an præcellat alias aureolas.

Matth. 10.

E 3 honor,

honor, Christum Iesum in augustissima illa diuinitatis regia, & totius curiæ celestis confesum, confessorem esse fidelium famulorum, qui ipsum inter homines confessi sint, & prædicatorum suorum quasi prædicatorem? Non igitur dubium est, quin gloria non solum essentialis, sed etiam accidentalis vberissima, & aureola nobilissima reposita sit verbi Dei, panisque celestis largitoribus: cum & inter mortales plausum habeant maximum homines liberales, terrenasque facultates largè comunicantes; & tantum gloriæ Iosephus olim reportarit ob præparata Aegypto famis remedia. Hæc autem ornamenta non consequuntur nisi qui ipsa re prædicationem, & ob rectum finem exercuerint. Benè enim Hieron. Qui alios (inquit) erudierit, stellarum fulguri comparabuntur: non enim sufficit scire, nisi & alios erudias. tacitusque sermo doctrinæ alium non ædificans, mercedem operis recipere non potest, iuxta illud. Eccl. sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ utilitas in veritate! Qui autem non rectum ob finem, sed ad lucrum temporale, vel inanem gloriam, aut aliud suum mortale commodum prædicarint, nequaquam coronam accipient, sed audient: Receperunt mercedem suam.

Quibus prædicatoribus debeat aureola.

In cap. 12.

Dan.

Cap. 20.

Parati ad omnes missiones. Cap. XXIII.

1. Col. c. 1.

Missionum fructus.

Verum non ea sunt tempora, vt longa adhortatione indigeant multi, ne labori prædicationis otium contemplationis anteferant, illud potius serio monendi sunt omnes vt suscepto hoc munere intelligant se, non splendidis modo auditorijs debitores esse, sed omnibus hominibus. Prædicare Euangelium omni Creaturæ dixit Christus Apostolis. Et Paulus: Corripientes omnem hominem, docentes omnem hominem in omni sapientia: Cum ergo valde proprium sit huius officij Apostolici, & multarum Religionum instituto maxime conueniens, excurrere & peragere diuersa loca, etiam pagos adeundo & vicos, ad disseminandū Christi Euangelium (quod nos missionis nomine intelligimus, ex imitatione missorum à Christo Apostolorum, qui circuibat per castella euangelizantes, & curates vbique) is qui hoc munere fungitur, peculiari deuotione ad has missiones obendas affici debet: præsertim quod experientia certa comprobatum est, multas, & magnas ad animarum salutem ex his utilitates existere. Nam tota sepe oppida scimus ita perpurgata, ita correcta, & ad omnem pietatis laudem instaurata, vt altera planè

planè esse viderentur : eaque receptum semel nitorem , ac studium rectè faciendi longo tempore cõseruasse. Sed nihil acrius debet nos incitare , quam Illustrissimum nostri Ducis Christi exemplum , qui circuibat omnes Ciuitates, & castella, docens in Synagogis & prædicans Euangelium regni . Nec loco eodè voluit diu cõsistere, cum diceret; Quia & alijs ciuitatibus oportet me Euangelizare , quia ad hoc missus sum. Accedit exemplum Apostolorum, qui à Christo bini mittebantur, sicut paulò ante significauit, vt Ciuitates & oppida Indeç obirent. Imò ipsū Apostoli nomen , non aliud quàm missum sonat, & post Christi Ascensionem perpetuò in his missionibus occupati , totū peragrarūt orbem Terrarum, vt in omnem terram exiret sonus eorum . Instar porrò solis debet esse vir Apostolicus, qui non vno stat loco , sed omnes regiones , & oppida luce collustrat sua. Habemus etiam missionis exemplum in veteri Testamento, vbi missi principes referuntur , vt docerent in Ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitæ ac Sacerdotes: Docebantque populum Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant ciuitates cūctas, & erudiebāt populum.] Cauendum igitur summopere est ab eo spiritu elationis , quo quis ambire incipit magnarum Ciuitatum pulpita , nec dignatur villas & pauperum oppida interuifere . Nam cum D. Paulus dicat: Quomodo prædicabunt nisi mittantur, rectè licebit colligere, in eo loco prædicandum, ad quem mittuntur; alioquin non missi prædicant , sed per ambitionem immissi . Qui autem solo diuinæ gloriæ , & salutis animarum studio ducitur, is profectò in eligendis locis, ac regionibus in quibus suos labores ponat, non cõsiderat qui nobilior, locus aut populus; qui nam sit vitæ vsibus accommodatior; qui vrbanius, vel agrestior : sed quinam vel necessitate maiori prematur, vel paratior sit ad suscipiendam cum fructu diuinam sementem . Nam animarum par est nobilitas ex Christi sanguine; neque nobilis aut diuitis anima carnis emptæ est , quam ignobilis, & inopis . Hoc genus mercii potius numero æstimatur quàm genere. Pro homine rusticano totus Christi sanguis effusus est, non minus quàm pro vrbano . Gehenna, si pereant, manet eadem vtrumque, & supplicium sempiternum. Quæ cum ita sint quis tamen nõ videt, quàm multis abundant vrbes præsidjs spiritualibus, quàm verò villæ, ac parua oppida destituta sint? Atque ex altera parte, cui non est manifestum quàm ad verbi Diuini escam quodammodo nauseent plerique vrbano- rum quàm auidè agrestes multi eandem excipiant , & quanto

Exemplum Christi, & Apostolorum
Matth. 4.
Luc. 4.

2. Paral.
cap. 17.

Contra eos qui non libenter ad pauperes accedunt.
Rom. 10.

Prima Euan-
gelij prædi-
catio ad Pa-
stres .
Luc. 2.

I/a. 61.

Pf. 131.

cum fructu . Si ergo pari pretio emptæ sunt animæ rustico-
rum, atque vrbanoꝝ, & ex his dum decem lucrifacio, ex il-
lis possum lucrari centum; si Charitas Christi & Proximorum
verè vrget me & nihil præterea, nonne anteponam vrbibus pa-
stros? Sanè prima nato Domino prædicatio Euangelij facta est
pastoribus : & quidem ab Angelo, cui astitit multitudo cele-
stis, vt non solum prædicatione, sed etiam diuino concentu cõ-
mendarentur concionatoribus pauperes, quos ita Deus & An-
geli, quasi cœlorum Apostoli, & Christus Dominus, qui pro
eis natus dicebatur, honorauit. Nemo arbitretur se maiorem
prædicatorem esse, quàm Christus fuerit, qui tam libenter cum
turbis & pauperibus versabatur . Imo verò per Isaiam dicit se
missum, vt euangelizaret pauperibus . Quem locum etiam in
sensu, vt aiunt, literali, aliqui, & quidem rectè, de his expo-
nunt, qui bonorum temporalium inopes sunt : & Christus ipse
inter signa sui aduentus, locum, vt apparet, illum Isaiæ reci-
piens, & oraculum impletum volens ostendere, non solum pos-
sunt: Surdi audiunt, mortui resurgunt, &c. sed etiam pauperes
euangelizantur . Non paucos ego audiui, qui totam vitam
villis, & his missionibus offerrent, cum semel & iterum expe-
ti essent gratissimam illic se Deo operam nauasse, & animad-
uerterent ijs locis minori studio, labore, atque periculo; fru-
ctu autem & salute animarum longè maiori negotium prædi-
cationis peragi: vt sæpe de magnis Ciuitatibus dici possit: Au-
diuimus eam in Ephrata; & de paruis oppidis quod sequitur,
& inuenimus eam in campis Syluz, id est optatam diuinæ gloriæ
& animarum messem .

Finis Libri Primi.

DE VIRTUTIBVS
CONCIONATORI

pernecessarijs .

LIBER SECVNDVS .

Christianus orator debet esse vir bonus .

CAPVT PRIMVM .



EX Quatuor, quæ Concionatoris persone
posuimus necessaria, Vocatione, Boni-
tate vitæ, Scientia, Eloquentia, de vo-
catione iam dictum est, sequitur vt de
Virtute dicamus. Peto autem à lectore
hanc facultatem, vt possit oratio nostra
in hac parte aliquantò liberius exspa-
riari, vt res, quæ tanti ponderis est, ni-
mirum bonitas in Oratore, quem institui-
mus, omnium concio-
natorum mentibus altius infigatur, & hæreat. Ac principio
videri cuipiam poterit, Oratori Christiano esse quidem conue-
nientem vitæ innocentiam, quia homo est, ad salutem suam,
non tamen, quia prædicator est, ad salutem alienam. Cum
enim hac in re non sit nisi Dei administer, non videtur Deus
requirere in instrumento virtutem, vel certè eam posse supple-
re. Nam baptisnus nihilominus est efficax, siue ab homine iu-
sto fit, siue collatus ab impio. Neque absurdum est, dona Dei
deriuari quodammodo per administros malos. nam Caiphaz
prophetauit: multi que dicent in iudicij die, Domine nonne
in nomine tuo prophetauimus; & in nomine tuo demonia eie-
cimus; & in nomine tuo virtutes multas fecimus? quibus Do-
minus respõdebit, Nunquam noui vos. discedite a me qui ope-
ramini iniquitatem. Idem Dominus ait, Super cathedram
Moyfi sederunt Scribæ & Pharisei: quæcunque dixerint vobis
seruate, & facite, secundum autem opera eorum nolite facere.
En isti homines mali erant, propterea que docet Christus non
imitan-

Obiectiones
proponitur

Matth. 7.

DE

Ad Philip. 1.

imitandos; & tamen audiendos docet, quia erant Prædicatores. S. Paulus, Quidam (inquit) & propter inuidiam & contentionem, quidam autem propter bonam voluntatem Christum prædicant. Quid enim? dummodo omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur; & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Denique prædicationis gratia ex his est, quæ gratis data dicuntur, quæ non eius causa cui dantur, sed aliorum tribuuntur, ut gratia publicæ gubernationis. Igitur; ut in Ciuili administratione docet Arist. posse ciuem esse bonum, qui vir bonus non sit, ita erit bonus concionator, qui vita moribusque sit malis: præsertim, quod Christianæ Reipublicæ supra nos ipsi diximus, eum esse administrum. Ad hoc autem quid requiritur nisi idonea scientia, visque dicendi: Hæc & similia verè, sapienterque magna ex parte dicuntur. Nam primum veritas doctrinæ non vitatur improbitate Doctoris. Deinde neque Prædicatori legitimo potestas interit prædicandi, quod aliter faciat, ac dicat. Postremo ad populum spectat potius ex suo Pastore, quod docet accipere, quam quomodo viuat, inspicere. Atque hæc passim à sanctis Patribus disseruntur.

Hom. 45. in Matth.

Epist. ad Anast. Imperatorē.

46. in Io.

Ser. 42. de sanctis.

In Ps. 131 non longè ab initio.

Frequenter (inquit) Chrysostr. & de homine malo bona doctrina procedit. Ecce enim & vilis terra præciosum aurum producit. Anastasius Papa: optime è sacris literis argumentatur. Quicquid ad hominum profectum quilibet in Ecclesia minister officio suo videtur operari; hoc totum contineri implete diuinitatis effectu. S. August. mercenarios præpositos in Ecclesia non modò vtilis, sed etiam necessarios appellat, propter eos nimirum, qui opera eorum saluantur. Multi quippe (inquit) in Ecclesia commoda terrena sectantur, Christum tamen prædicant: & per eos vox Christi auditur: & sequuntur ones non mercenarium, sed vocem Pastoris per mercenarium. Et mox subiicit multa de botro inter spinas pendente quod tamen alibi, explicat his verbis: Bonus tibi prædicat, carpe vnam de vitæ, malus tibi prædicat, carpe vnam pendentem in sepe. Botrus implicite in palmitè inter spinas creuit, & de spinis non germinauit. addit autem cauendum, ne dum queritur fructus, manus laceretur. hoc est; ne qui audit bona dicentem, imitetur mala facientem & in psal. operatur (ait) quidem Deus aliquando per Euangelistam: salutem alterius tantum, si ipse dicit, & non facit: & fit per linguam eius in alio locus Domino, non autem fit ipse locus domini: Hæc omnia, verè, sancteque dici negari non potest, & malis etiam hominibus

nibus passim prædicatoris nomen attribui, sed id quàm decen-
ter cum vitæ prauitate consistat à nobis in præsentia quaritur.

Ac primò quidem delenda ex animo est opinio illa vilis, ac
falsa, per quam Oratoris nostri facultas propè videtur in Rhe-
torum detrudi officinas. Altior hæc professio est, sacra, diui-
na: profanæ Rhetoricæ, atque adeo philosophiæ nequaquam
seruituti subiecta, imperans ijs, ac veluti ancillis vtens, ex
altissimarum cognitione rerum, ac nobilissimarum possessione
virtutum. haud quidem sine eloquentia, sed tali, qualem suo
loco describemus, efflorescens: Non enim de foro Rabulam
fingimus, aut Sophistam de Theatro, aut alium quemuis ore
promptum, & idoneum plebeculæ aures linguæ volubilitate
suspendere: sed veræ pietatis magistrum, morum cultorem,
euerforem vitiorum dignum denique Dei ministrum, rectè tra-
ctantem verbum veritatis ad æternam animarum salutem.
Talis autem Orator esse sine virtute quàm difficile poterit? nã
eum omnis doctrina, generatio quædam sit, vt benè ex ipso Pla-
tone differit Clem. Alex. quemadmodum filios corporales non
procreant homines, nisi in perfectione quadam ætatis ac vi-
rium; ita neque à viris bonis spirituales filios nisi in virtutum
perfectione progigni. Sed quid opus est argumentis, cum pec-
catori dixerit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assu-
mis testamentum meum per os tuum? & Christus Dominus ora-
tores suos instituens, hanc legem sanxerit, vt eorum scientia,
atque doctrina à bonitate vitæ penderet, cum dixit: Vos estis
lux mundi: nempe Euangelicæ prædicationis faciem circumfe-
rentes: Sic tamen luceat lux vestra coram hominibus, vt vi-
deant opera vestra bona, ac glorificent Patrem vestrum, qui
in cælis est? Et Apostolus Paulus, quos format populi magi-
stros Timotheum ac Titum, iubet seipsos eorum quæ docent
exempla præbere. Quàm verò sæpe conqueritur Deus in fa-
ceris literis, quòd nomen suum blasphemetur inter gentes? non
quidem quod Hebræis scientia & eloquentia, sed quod proba
vita deesset. Verè, ait, Chrysostomus, si Christiani forent qua-
les deberent, iam pridem nullus in mundo esset reliquus infide-
lis. Et tamen concionatorum non magna inopia est, & infide-
les magis in dies abundant: eò scilicet, quia verorum Euan-
gelij præconum penuria augetur.]

Atque equidem existimo non modò Sacrum concionatorè,
à quo titulus ipse profanas vitiorum sordes excludit, sed ne vl-
lum quidem qui Christianus sit, debere dignum Oratorè cen-
seri,

Christiani
oratoris lon-
ge altior quàm
politici.

In Cœnio.
l. 5. Strom.

Matth. 5.

Politicus
Orator debet
esse vir bo-
nus.

feri, nisi idem fuerit vir bonus. Nec debet hoc mirum videri, cum laudem hanc olim in Oratore suo. Ethnici quoque sapientes requirerent. Ex quibus Seneca, is, qui declamationes scripsit, in earum Proemio iuvenes suos his verbis alloquitur. Erratis optimi iuvenes, nisi illam vocem, non Marci Catonis, sed oraculi creditis, Orator est Marce fili, vir bonus, dicendi peritus. Quintilianus autem Oratorem à se institui profiteretur illum perfectum, qui (inquit) esse nisi vir bonus non potest; Ideoque non dicendi modo eximiam in eo facultatem, sed omnes animi virtutes exigimus.] Qua in re demonstranda, probabili sane conatu elaborat. Equidem non dubitarem, quin idem omnino docturus fuerit Arist. si lucem Christianæ disciplinae nactus esset. Nam id, nisi fallor, hoc argumento ex eiusmet preceptis ostenditur. Aristoteles ipse docet necessariam dicenti opinionem boni viri apud eos, apud quos verba facit; ac proinde debere enim ita instituere orationem, ut eam sibi existimationem dicendo conciliet; quod perinde est, ac si dicat, Oratori ita est agendum, ut siue habeat verè siue non habeat virtutem; certè habere putetur. Adeo est in auditorum animis necessaria talis de suadente opinio. At Christiano Oratori nullo modo fas est hypocritam agere, & consecrari famam virtutis, quam non habeat: habeat igitur virtutem ipsam, ut opinionem veram colligat.

Probatur rationibus. Cap. II.

Prima ratio ex muneris dignitate. Par. 2. Pastor. c. 3. Ad quas virtutes prædicatio refertur.

Quicquid tamen profano de Oratore, sentire libeat, certè quidem sacer Orator non modò veram, sed etiam maximam in omni genere virtutem postulat. Eadem, inquit, Greg. loci maiestas, quæ concionatorem grandia dicere cogit, etiam magna operari impellit. Supra in cap. 9. libri primi diximus, Prædicatoris opera ad præstantissimas pertinere virtutes, ad charitatem erga Deum, & proximos, & ad alias omnes, ad quas cohortatur auditores, vel à quarum contrarijs vitijs abducit. Est enim temperantiæ ad ieiunium, pudiciæ ad castimoniam, iustitiæ ad suum cuique reddendum exhortari, dammareque intemperantiam, libidinem, iniquitatem, eodemque modo in cæteris. Propriè autem è sua natura prædicare, quod est recta præbere consilia, adhibereque opportunas adhortationes, & consolationes, & alia ad vitam spiritualem subsidia, ad virtutem Misericordiæ pertinet: quod etiam S. Thom. non semel

se mel docet. Igitur sicut largitio elemosynæ corporalis, ut ita fiat, sicut natura sua postulat, ex misericordiæ virtute nasci debet; sic opera Christiani sua foris, cum per omnes vagentur virtutes, eas omnes in eo, ac præcipue erga proximum, charitatem requirunt. Ac veluti haud vere esset misericors qui pecuniam alia, quam virtutis causa largiretur; ita nec dignus erit Prædicator, qui sua opera non ex virtute progignet. Quia in re etiam deterior Prædicatoris causa est. Nam qui dat elemosynam, perinde appositè ad miseriam inopis releuandam, dabit, siue misericordiæ amore tribuat, siue iactantiæ: Prædicator autem vix poterit, quæ ab ipso expectantur, spirituales elemosynas, quemadmodum opus est, & eius officium iubet, conferre, nisi veras possideat in mente virtutes.

Deinde desideratur in eo ad hanc rem Sapiencia. At ea in animam maleuolam non introibit. Nam, ut ait Cassian. Impossibile est immundam mentem donum scientiæ spiritualis adipisci. Nemo enim in vas fœtidum atque corruptum unguentum aliquod nobile, aut mel optimum, aut preciosi quiddam liquoris infundit; facilius enim quamuis odoratissimum myrum se mel horrendis imbuta fetoribus testa contaminat, quam ut aliquid ex eo suauitatis, aut gratiæ ipsa concipiat. lege totum caput decimum sextum Cas. collationis 14. Ita igitur & vas peccatoris nostri nisi prius fuerit ab omni fœtidissima vitiorum, contagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedictionis unguentum, de quo dicitur, sicut unguentum in capite &c. nec illam scientiâ spiritualem, & eloquia scripturarum quæ sunt dulciora super mel & fauum, impolluta seruabit. Quod vidit etiam inter infidelitatis tenebras Fabius. Adde, inquit, quod ne studio quidem operis pulcherrimi vacare, mens, nisi omnibus vitijs libera potest. Primum quod in eodè pectore nullum est honestorum, turpiumque consortium: & cogitare optima simul ac deterrima non magis est vnus animi, quam eiusdem hominis, bonum esse, ac malum. Tum illa quoque ex causa, quod mentem tantæ rei intentam vacare omnibus, alijs, etiam culpa carentibus curis, oportet.] Quæ nostrum in Oratorem, quanto is diuini tractat, tanto maiori iure conueniunt. Malè itaque omnino res cedit, nisi Deus Concionatoris mentem prius illuminet, osque aperiat. Verum enimvero amicis arcana sua reuelare se dixit Christus, Vos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Qui autem sint amici ipse item docuit: Vos autem

Secunda ratio ex natura Sapiencie. Collat. 14. cap. 10. & cap. 16.

Psal. 132.

Sapiencia bonis sese comunicat.

Ecccl. c. 5.

autem amici mei eritis, si feceritis, quae praecipio vobis. Sed audiamus quam locum hunc S. Spiritus & copiose, & magnifice tractet. Qui timet Deum faciet bona, & qui continens est iustitiae apprehendet illam (nempe sapientiam) & obnabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier a virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitae, & intellectus, & aqua sapientiae salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos suos: & in medio Ecclesiae aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiae & intellectu, & stola gloriae vestiet illum. (Et addit) Homines stulti non videbunt eam, longè enim abest à superbia & dolo, viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & successum habebunt, usque ad inspectionem Dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniam à Deo profectio est sapientia, sapientiae enim Dei adhaeret laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. En vt timenti Deo occurrat sapientia; eiusdem vt aperiat os in Ecclesia, vt viri veraces in sapientia inueniantur, & successum habeant usque ad inspectionem Dei; quia noua lucra reportant, quousque ad ipsam perueniant clarum Dei conspectum. En vt sapientiae, quae scilicet cum sancto timore, & virtutum omnium perfectione coniuncta est, adstet Dei laus: & in ore fideli abundet ijs nimirum fructibus, quos & in dicentis, & in audientis corde procreat. En altera ex parte vt sapientia longè absit à superbia, & dolo: vt viri mendaces, id est, improbi quilibet, non sint memores illius. Quid autem illo clarius & grauius, Non est speciosa laus: & addunt multa biblia causam, quia non est à Domino missus.

Explicatur
optimus lo-
cus.

Tertia ratio
ex natura
eloquentiae.

Quint. 1.
12. cap. 1.

In bonis elo-
quentia vera
viget.

Rursum desideratur in Oratore Christiano non sapientia, modo, sed & eloquentia. Hanc autem rebus, quas tractat, & personae, quam sustinet conuenientem nunquam poterit absque insigni virtute nancisci. Qualis enim quisque est, ita loquitur. Certè, inquit, Fabius melius persuadebit alijs, qui prius persuaserit sibi. Prodit enim se quamlibet custodiatur simulatio: nec vnquam tanta fuerit eloquendi facultas, vt non titubet & hareat, quoties ab animo verba dissentiant. Vir autem malus aliud dicat necesse est, quam sentit. Bonos nunquam honestus sermo deficiet: nunquam rerum optimarum (nam iidem etiam prudentes erunt) inuentio: quae etiamsi leoncinis destituta sit, satis tamen natura sua ornatur, nec quicquam non disertè quod

quod honeste dicitur. Hæc Fabius. Quibus in re illud, Aposto-
 li acclametur: Testimonium hoc verum est. Nam reuera quid
 interest inter eius orationem, quæ pleno fluit ex pectore, quam
 dicentis ornat, & armat innocentia, & facta corroborant; cui
 conscientia fiduciam, & quasi frontem addit, quid, inquam, in-
 ter huius orationem interest, atque præmortuam illius dictio-
 nem, quæ aduersante corde solum trepida formatur in lingua,
 dum siue inuehatur in vitia, siue honesta commendet sese ac-
 cufat, sese condemnat? Cum igitur totus sit Christianus elo-
 quens in commendatione virtutis, & vitiorum insectatione;
 quin poterit cum dignitate loqui, cum grauitate agere, nisi re-
 vera vitia oderit, virtutem amet? Neque nunc ago de vi recti
 exempli: suum illi destinatum est caput; sed tantum de conue-
 niente ad cunctas sui officij partes Concionatori virtute. Qui
 cuiuspiam vitium corripit, vacet eo, alioquin dicta factis defi-
 cientibus erubescunt. Emundicia quæ lucernis expurgandis
 vsui erant, Deus aurea esse voluit, qualem igitur volet Concio-
 natorem esse ad purganda populi peccata missum? Non con-
 fundant, inquit, S. Hieron. sermonem tuum opera tua: ne cum
 in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat, cur ergo hæc
 quæ dicis, ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno vē-
 tre disputat de ieiunijs. Accusare auaritiam, & latro potest,
 Sacerdotis Christi os, mens, manusque concordent. In libel-
 lo duodecim abusionum, qui Cypriano adscribitur, Primus cē-
 setur abusionis gradus; si sine bonis operibus prædicator fue-
 rit; quia quæ sermone docet, actibus explere negligit. Et sub-
 ditur; Nunquam enim sit efficax constituentis auctoritas, nisi
 eam effectu operis cordi affixerit audientis. Optime Nazia-
 zemis comparat malos Prædicatores malis pictoribus, qui lin-
 gua pingunt, vita expungunt. Ideo (vt utar eius verbis) pur-
 gari prius debent, quam purgare; lux fieri, & alios illumina-
 re; ad Deum appropinquare, & ita alios adducere: sanctifica-
 ri, & ita alios sanctificare: prius manibus ducere, idest exem-
 plo suarum actionum, inde consiliū dare. Nemo inquit Sym-
 machus Papa, rectè monitoris personam suscipit, nisi qui acti-
 bus suis errata condemnet, & amorem innocentia conuersa-
 tione demonstrat. Et Greg. Quid est, quod labia sponsi lilia es-
 se dicuntur? nisi quod illi per quos Christus loquitur, necesse
 est, vt mundi sint, & per eos bonus odor aspergatur. De qui-
 bus erat Apostolus Paulus, qui dicebat bonus odor sumus Deo
 in omni loco; & in his qui pereunt, & in his qui salui sunt.]

Quid?

Cap. I. ad Tit.

Hier. Ep. 2. ad Nepot.

Apol. 1. 2.

Habetur dist. 81. c. nemo.

In cap. 3. cant.

Quid? quod, vt ait Isidorus, interdum doctoris vitio etiam ipsa vera doctrina vilescit: quia dum non viuunt sicut docent, ipsam quam prædicant veritatem contemptibilem faciunt? Si non habueris opera (inquit Chrysostomus?) non tantum loquens non profuisti, sed & potius læsisti. Melius est tacere. Quare? Quoniam opus mihi reddis impossibile. cogito namque, quod si tu tanta differens non efficias, multo magis ego venia dignus. Quam porro indignè, quam insulsè de spiritali vita loquetur, qui eam non intimo cordis palato gustarit? Nam neque de mellis dulcedine quisquam melius, quam ex gustatu loquitur.

Quinta ratio ex morata oratione. Quod si in primis eloquentiæ laudibus morata censetur oratio, cum scilicet in dictione probi mores dicentis elucet, ijque beneuolentiam auditorum conciliant, ij persuadent, mouentque. quia, vt ait Augustinus. Habet, vt obedienter audiatur, quā acunquē granditate dictionis maius pondus vitæ docentis. quin rogo, habebit bonos mores oratio, si habeat malos Orator? Ad hæc auctoritas in dicente necessaria est, vt fide sit dignus. Nunquam enim bene auditur, qui male audit. Quin etiam mali hominis graue est sequi consilia, etiam si res etiam esse intelligantur. Plutarchus in moralibus, & Cælius referunt Lacedæmonum iudices cum orationem satis bonam audissent, quam improbus orator habuerat, probasse quidem, quæ ille dixerat, sed displicuisse eis, quod malus esset author Gell. l. 18. sequendus; ideoque decreuisse, vt alius bonis ornatus moribus eadem repeteret, ne prauis hominis sequenti consilium viderentur. Simile est quod Tullius de Phormione Peripatetico refertur. qui cum aliquot horas de Imperatoris officio, & re militari coram Annibale, Pano Imperatore præstantissimo, disputasset, interrogatus Imperator quid de Phormionis oratione sentiret, libere dixit, se multos deliros senes saepe vidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem: quod ea, quæ ipse non esset expertus, vellet ceteros edocere. At inquit, verbum diuinum quocunquē ex ore manet, ingenua vi sua pollet, idque, ad quod mittitur, efficit. Est ita sanè; potest Deus, vt initio dixi, per quoscunquē homines sua alijs dona largiatur. men certū est posse malos prædicationis ministros impedimentum diuinis donis obijcere. Isid. Arcus peruersus est lingua ministrorum docentium bene, & vitentium male &c. Inde enim est, quod tantopere cauebat Paulus, ne quam offensivam daret Euangelio. Inde sanguis impij, qui perierit, quod speculator non annunciauerit, de manu ipsius speculatoris requiritur.

ritur. Quid autem interest. non annunciauerit omnino, an male annunciauerit?

Et infra sparsim ostendetur, quantum preces, & recta opera Prædicatoris pro fructu animarum adiuuent apud Deum; idque ex proprio requiri Doctoris officio etiam S. Thom. ostendit, ubi demandatum Prælati ait à Domino docendi munus, & baptizandi: sed ita, vt illud per se, hoc per alios exerceret. Et hoc ideo (inquit) quia in baptizando nihil operatur meritum, & sapientia ministri, sicut in docendo. Et sane quid est quod tantum Apostoli profecerunt? Num ob exquisitum dicendi genus? Non ita: sed spiritus Domini repleuit orbem Terrarum. Nec in verbis, vt ait Iustinus, sed in factis, & operibus res Religionis nostræ positæ sunt. Qui subdit, Philosophorum fuisse Ethnicorum, aliquos, qui vellent eloquentia freti persuadere hominibus falsam religionem. Sed operarium frugiferum videamus quomodo per Malachiam sub nomine Leui describat Deus. Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. En ante omnia virtus; Sequitur iam recta doctrina. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. Iam rursus ad morum Sanctitatem & coniunctionem cum Deo regreditur: In pace, & in æquitate ambulauit mecum. Tum demum sequitur fructus: Et multos auertit ab iniquitate. Timor igitur Dei, sincera doctrina, consensus, coniunctioque cum voluntate diuina ad auertendos ab iniquitate multos sunt quæreda.

Oratio ex fructu. 3.p. q. 67. ar. 3. 1.

In Parænetica ad gētes.

Cap. 2.

Probatnr eadem conclusio ex titulis Concionatori proprijs. Cap. III.

Adde his concionatorem instrumentum Dei esse quasi simile ijs, quæ coniuncta nominantur, id est, quæ solent vim, & impulsus accipere ab agente principe, tum cum adhibentur ad opus, ideoque apte oportet, & ei esse coniuncta. quomodo manus est hominis instrumentum, At semina arborum, & instrumenta id genus alia, separata vocantur, quia cum ab agente primo semel suo in ortu virtutem receperunt, per eam postea, etiam illo absente, suum opus efficiunt. Quibus comparare possumus sacramentorum ministros, quatenus eorum propria effecta à ministri virtute, seu vitio non pendent. Ex priore igitur genere Concionator cum sit, coniunctus conetur esse cum Deo, qui virtutis & impulsus est author. Adde quod serui flagitiosi,

F

gitioli, & legati peruersi dedecus redundat in Dominum. Igitur quamuis mandata fideliter exponat; fidelis omnino seruus non est. Quid enim si nos audiremus missum à Rege seruum, qui tradita quidem sibi à Rege mandata eleganter exponeret, magnaue contentione agendi, sed eodem tempore sciremus, eum Regi ipsi insidias, necemque moliri? Plus creditur factis, quàm dictis: atque adeo ille non tàm legati, quàm proditoris munere fungeretur. Adde rursus quod legationis huius ea est causa, vt reconcilientur homines Deo. At is, qui reconciliatoris sustinet munus, vtrique parti debet esse beneuolus. Non igitur qui malus est homo vnquam dignus erit hoc nomine, cum is, qui scelestus est, nec Deo, nec hominibus sit reuera beneuolus.

Est Minister.

Quid? nudus ille titulus ministri Dei quantam sanctitatis exigit perfectionem? Hoc volebat accurate perpendi magnæ illæ gentium Doctõr, qui, Sic nos existimet homo, inquit, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Sed planius quid hoc nomen postulet magnificis illis verbis exponit. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei per arma iustitiæ à dextris & à sinistris &c. Hæc & alia quæ requiruntur consummata virtutis opera in Dei ministris requiritur Paulus, eo solum nomine, vt exhibeant se in omnibus sicut Dei

Ep. 2. c. 4.

ministros. Ideo ad Timoth. scribens, & coram Deo & Christo Iesu testificans, vt prædicet verbum, instet oportune, importune, arguat, obsecret, increpet in omni patientia ac doctrina, vigilet, in omnibus laboret; Omnia breui complexurus subiicit: Opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. tamquam omnia illa imperans, vt ministerij munus, & dignitas & Euangelizandi præsertim opus impleatur. Sacerdos.

1. Petri.

sap. 4.

trus: Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illarum ministrans, sicut boni dispensatores multiformis gratiarum Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: Si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Rursum Paulus.

Ad Eph. 4.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores, in consummationem Sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem Corporis Christi. Quanta ergo virtutis celsitudo postulat

latur in ijs, quorum officium est loqui sermones Dei? vt eos ita tractent, vt Dei sermones? quorum est Dei mysteria dispensare, vt pro dignitate dispensentur! quorum est consummare ac perficere Sanctos, & reddere omnem hominem non modo innocentem, sed etiam quantum fieri potest perfectum in Christo? quorum denique est ipsam Christi corpus edificare? Quod si ipsa Sacramentorum administratio vitam ab omni labe puram requirit; ministerium verbi diuini, cui omnia posthabebant Apostoli, poterit inter peccatorum sordes consistere? Maneat igitur summoperè conuenientem esse Christiano Oratori insignem in omni genere virtutem, ac propterea habeat ante oculos Christi exemplum, qui erat docens tanquam potestatem habens, non solum, quia Deus erat, sed etiam quia quod sermo ne prædicabat, representabat factus, & prius cepit facere quam docere: & liberè obmurmurantis Hebræis obiecit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Proponat sibi etiam Paulum, qui se pugnare sic aiebat, non quasi aërem verberaret. Nā planè mali declamatoris oratio, nil nisi aërem, & aurem auditorum verberat, peruadere pectus vix potest. Sit talis, vt possit eum eodè Apostolo dicere, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Audiatur S. Bernardum. Si sapias, inquit, concham te exhibebis, & non canalem; hic siquidem pene simul & recipit, & refundit: illa vero donec impleatur expectat; & sic quod superabundat sine suo damno communicat: sciens maledictum, qui partem suam facit deteriorem. Et regius Propheta cum dixisset, Ecce enim veritatem dilexisti, incerta, & occulta sapientia tuæ manifestasti mihi: non tamen idcirco statim profilit ad concionandum, sed subiecit precationem, vt à peccatis liberetur, & impleatur virtutibus: tum demum etiam ad prædicandum se processurum profiteretur. Spiritum, inquit, rectum innoua in visceribus meis, & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me; & spiritu principali confirma me; atque tunc Docebo iniquos vias tuas: Neque erit irritus, sed plenus bonarum frugum labor, & impij, inquit, ad te conuertentur. quod argumentum sequentibus etiam versiculis profequitur. Hæc igitur ordinaria Dei prouidentia ratio est, & rerum naturæ consentanea. Si autem præter ordinem velit ipse, vel muti iumentum os aperire, vel linguam Balaami, quam ille impellebat ad maledicta, in benedictionem soluere, admiranda sunt: eoque tantū valent, vt si quis vitæ non bonæ aliquando in sancto hoc ministerio versetur, quod ad nos pertinet, cum Apostolo gau-

Exemplum
Christi, &
Pauli.

1. Cor. 9.

1. Corinth.
cap. 10.
Ser. 18. in
Cant.

Psal. 50.

Etiam per
Asinā Deus
potest loqui.

deamus, modo Christus annuncietur & populis necessaria institutio minus desit. Illos tamen præter iacturam maximi lucri, quo se miseri sponte defraudant, dum tam pretiosas merces proijciunt, sine dubio pœnæ manent gravissimæ, quas supra indicauius ob contumeliam, quam adeo sancto ministerio irrogant, & fructum animarum, quem impediunt: Ac timere debent, ne eueniat eis, quod in actis Apost. legitur euenisse

Exempli ho-
minis peruer-
si adiurantis
spiritum ma-
lignum.
Act. 10.

se Iudæis, qui adiurabant Dæmones per Iesum, quem Paulus prædicabat: quibus respondens spiritus nequam, dixit, Iesum noui, & Paulum scio. Vos autem qui estis? & insiliens homo in eos, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Videbantur vel ipsi dæmones pati indignitatem rei non posse, ut homines nulla virtute Christi, Paulique præditi, tamen vellent eis per eorum nomina insultare. Similia videntur facere, qui pro suggestu, Satanz ac peccatis insultant habentes in ore Sanctos & Iesum, & Deum, à quibus tamen

Isid. 3. lib.
de S. bo.
cap. 37.

vita sunt alieni. Qui dicunt, nec faciunt, similes cereo sunt, qui dum lucet alijs, se ipse consumit. Et ideo qui sunt eloquentes, nec rectè viuunt, magis miserandos affirmo, quam si eodono carerent: ut is magis miserationem commouet, qui pulchrum habet corpus, & fœdam animam, quam si corpus quoque fœdum haberet. Ut igitur concludam nostrum Oratorem

Hom. 43.
in Matth.

etiam atque etiam moneo, ut auream planè Chrysof. sententiam diligenter notet, nec eam frustra dici patiatur. Bene viuendo, (ait) & bene docendo populum instruis quomodo debeat viuere, bene autem docendo, & male viuendo Deum instruis quomodo te debeat condemnare.

Recta intentio. Cap. IV.

Erga Deum
virtutes.

Satis docuimus Euangelicum Oratorem, virum esse debere virtutum omnium ornamentis egregie instructum: Virtutes iam non omnes, sed quasdam singillatim, quibus potissimum debet excellere videamus. meminisse autè semper oportet illum esse Dei ad saluandas animas instrumentum. At instrumenta ita debent comparari, ut conuenientia sint Agenti & effectui, & tam cum agente, quam cum ea re, in qua operantur, aptè iungantur. Quare noster Orator, cum sit melius inter Deum, & homines, & per virtutes præcipue utramque partem conuenienter aptetur, nonnullas prius, quas

quas Deum; tum alias, per quas respiciat homines, consideremus. Ac primum præeat, & quasi ducat agmen, tanquam lumen, & oculus cæterarum, recta mens & intentio. Tum initio prædicator, tum toto in progressu, & exitu sui laboris rectam intentionem diligentissime conseruet necesse est. Nam, quemadmodum vnum, idemque opus vna cum Deo molitur, ei ut administer, atque adiutor inserviens; ita spectare idem, omnino, idemque habere propositum debet: ita legati, & eius, qui illum mittit ad operatum legationis exitum, opus est, consentiant voluntates. Sit igitur tanquam Aaron, deferens in fronte mentis semper auream laminam diuinæ charitatis, in qua sit sanctissimum Dei nomen insculptum. Hoc habeat præ oculis mentis semper, hoc intueatur, ut Christum magnificet, & in cordibus auditorum imprimat, ut animas Deo lucretur, & spirituales reddat suos auditores; denique peccata ex orbe Terrarum exterminet. Nam Isaias clamat, hic est omnis fructus ut auferatur peccatum; Bernardus puritatem intentionis præcipue in duobus docet consistere: in quærenda Dei gloria, & utilitate proximi, ut in omnibus actibus suis nihil Sacerdos quærat, nisi tantum Dei honorem, aut proximorum salutem, aut vtrumque magis: sicut duo maximè hoc in opere rectam peruertunt intentionem: inanis gloria ambitio, & lucri alicuius temporalis appetitus, vnde præstantissimi muneris tora administratio vitatur. Nam recte Greg. cum peruersa est, ait, intentio, quæ præcedit, prauum est omne opus quod sequitur, quamuis esse rectum videatur: plane, si semel cor intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas & terminus ab hoste callido secure possidetur: quoniam totam arborem sibi fructus ferre conspicit, quæ veneni dente in radice vulnerauit.]

Habeat itaque Prædicator in ore illud Christi, Ego non quero gloriam meam, sed eius qui misit me, & Si ego gloriam meam quero, gloria mea nihil est. Cumque aliqua inanis gloriæ tentatio eum quatit, repetat eadem verba, & addat, Si ita Christus, quid ego? Habeat in ore, & in corde verba Diui Pauli, exhortatio nostra (ait) non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, Deus testis est, nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs.] Quid tam absurdum quam vi-

Qualis esse
debeat Con-
cionatoris im-
tentio.

Cap. 27.
Bernar.
Ep. 42.

l. 1. Dial.

Thom. 8.

1. Thess. 2.
Contra Ioan-
nem gloriam
in concio-
nando.

quo amio
dicit mentis
interrogat



tia infectari per vitia? & imitari eorum Philosophorum vanita-
 tem, qui (vt ait Tullius) de contemnenda gloria libros scripse-
 runt, & in his ipsis gloriam proprij nominis quaesierunt? Caue-
 at ergo sibi tamquam à pessimo fure inani gloria, laudibus &
 applausu populi. Audi quid hac de re egregie doceat Chryso-
 st. Difficile est plane superare appetitum laudis, sed certum est eos,
 qui eius cupidi sunt, moestitia ac dolore affici, quoties non af-
 fequi contingat: vt qui appetunt opes, si in paupertatem inci-
 derint, moerore afficiuntur, & delitijs assueti tenuem victum,
 tolerare non possunt; ita qui laudum amore capti sunt, non so-
 lum cum iniuste vituperantur; sed etiam cum ab alijs assidue
 non laudantur, quasi fame quadam animum conficiunt, idque
 maxime si alios apud se laudari audierint. Qui vero cum lau-
 dum appetentia huiusmodi, in docendi certamen prodierit,
 quam multis illum doloribus obnoxium putas? certe neque
 mare vnquam potest vndis carere, neque illius animus curis
 atque angustia. Et addit hac in parte Chryso- st. optimum cõ-
 siliium: Qui aliorum, inquit, docendorum provinciam suscipit,
 nec de aliorum laudibus dependeat, neque ab ijs animum de-
 spondeat. Vbi fuse ostendit tam insignes quã mediocres in hac
 facultate homines, egere contemptu laudis: alioqui vel fructum
 amittet, vel officium deserent, vel in magnas animi curas inci-
 dent. Vide ibidem plura; quo loco etiam admonet, illud in-
 meditandis cõcionibus spectari debere, vt ille Deo Opt. Max.
 grata sint & accepta: Hoc vnum ait quisque sibi statuatur termi-
 num optimi illarum opificij, non autem plausus ac laudes.

Hier. l. 1. in prou. sap. 5. Hieron. in illud Prouerb. In plateis aquas tuas diuide, habeto
 eas solus, ne sint alieni participes tui. Hoc (ait) accidit,
 quando exterius late prædicationem fundimus, & tamen per
 eam laudes humanas minimè ambimus. Immundi autem spi-
 ritus, qui alieni dicuntur, tunc participes sunt Doctõris,
 eius mentem vel faustu elationis, vel alio vitio corrumpunt.

August. de Doct. Chr. l. 4. c. 15. Gregor. 2. past. l. 1. c. 8. August. & Gregorius super verba, Excute puluerem de pedi-
 bus: Quia (inquiunt) puluis inanis gloriae, pedibus prædica-
 torum frequenter adhæret, debet vtique Prædicator excutere
 puluerem de pedibus suis, ipsosque compunctionis aqua lauare,
 vt mundus sit totus, ne forte cum alijs prædicauerit, ipse
 reprobus fiat.

Contra cupi- ditatem reru temporalium. Neque cupiditas temporalium rerum debet eum vel tantu-
 lum mouere, cum verbum Dei ad celestia & æterna trahat ho-
 mines, non ad terrena lucra, & proprius commoditates; cuius
 rei

rei vel leuissimum signum Concionatori plurimum obest, & fructum verbi Dei interuertit. Nec verò difficile est animaduertere cum ad ostentationem sui, vel aliquam lucri humani spem Concionator se conuertit: cum se ipsum magis, quam Christum prædicat: quod est adulterare verbum Dei, & sibi gloriam tribuere, quæ soli Deo conuenit: cum ipse vult potius prædicari, quam Dominum prædicare. Quod tantò magis vitio verti debet, quia in eo munere agit legatum pro Christo, vt supra ex Paulo monuimus. Quæ autem perfidia maior quàm si legatus missus à Principe, vt sponsam Domino suo procuret, eam sibi cum summa illius iniuria assumat. Quare August. ait: Secundum legem veterem debet Prædicator fratri defuncto, id est Christo, prolem generare, non sibi, & illius nomine vocare] Paulum imitetur sic alloquentem Corinthios: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, Vbi Theoph. Corinthios ait sponsæ loco posuit Paulus, se ipsum autem pronubi vice. Idem Theophil. & Chrysostr. docent, tales pronubos imitari debere famulum Abraham seruum fidelem, qui ingressus domum Rebecca, cum appositus esset ei cibus: Non comedam, ait, donec loquar sermones meos; In quæ verba glossa interlinearis ait, Non querit famulus, id est Concionator, quæ sua sunt: non vult metere carnalia, nisi prius seminauerit spiritualia: siquidem fidelis Concionator non concionatur vt comedat, sed comedit vt concionetur] Bernardus etiam: Quæris, inquit, quem dicam impurum? qui laudes requirit humanas, qui non ponit sine sumptu Euangelium: qui euangelizat, vt madducet, qui questum æstimat pietatem, qui non requirit fructum, sed datum] Et hos quidè vehementer arguit vox illa Balaam licet impijssimi Propheta: Si dederit mihi Balac domum suam plenam auro, non potero loqui aliud, quàm quod mihi præcepit Deus] Vtinam Christi Domini vocem audiamus dicentis, laxate retia vestra in capturam, scilicet animarum, non proprij fauoris, non dignitatis alicuius, non lucri terreni: & cum Petro dicamus, in verbo tuo laxabo rete. Vnde enim est quod aliquando totas etiam noctes aliqui studio vacant, conciones cum magno labore componunt, integras quadragesimas peragunt: & tamen laborantes nihil videntur capere, vix vnus animæ conuersionem referre possunt: nimirum quia non in verbo Christi, nec ad dexteram, sed ad sinistram nauigij laxant retia: aliud quàm animas quærunt, se ipsos prædicant non Christum, eloquentiæ vanæ innituntur, voces arte compositas promunt,

F 4 sudant

1. 2. contra
 fau. ma.
 ma. c. 10.
 2. Cor. 11.

Famulum
 Abrahæ imi-
 temur.
 Gen. 6. 24.

Ser. 62. in
 Cant.

Num. 24.

Luca 5.

sudant quidem, sed inani labore se ipsos consumunt sine fructu animarum. Declamationes suas quasi telas aranearum texunt ad captandam auram, ac nomen: & saepe assidue istas muscas venantes ne istas quidem capiunt. Itaque prudens & spiritalis Orator, nisi velit laborum suorum fructus amittere, saepe suam intentionem examinet, saepe corrigat cum est opus cum studio. & paranda concioni animum admovent, oret Deum

Psal. 50.

cum Davide, Spiritum rectum in nova in visceribus meis: cum ad pulpitem accedit, quicquid est dicturus Deo offerat, dicens

Psal. 113.

Non nobis Domine non nobis, sed homini tuo da gloriam. Si aliqua inanis gloriae tentatio, vel sinistra intentio cordis sui foris pulset, cum zelo exclamet, Vade retro Sathana, Domine

Matth. 4.

num Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

Amor erga Deum & Christum magnus.
Caput V.

SAcerum hoc instrumentum, & adminiculum humanae salutis, nihil est quod aequè perficiat, Deoque habile reddat, quam Dei ipsius & Christi amor, sine quo omnis praedicatio vana est ac inutilis. Egregie Paulus ut omnia: Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habuerim factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens, inanius scilicet ac mortuum instrumentum. Docet D. Paulus sine charitate & amore, Dei concionatorem posse quidem exterius tinnire, sed ille sonus ipsi quidem concionatori nihil, auditoribus vero parum omnino proderit.

1. Cor. 13

Quam sit necessarius Amor in Deum.

Cap. 3.

Quamvis enim aliquantulum delectari videantur sonitu, qui foris aures pulsat, intus tamen corda non accenduntur cum verba ex frigido pectore emanantia, non habeant vim ad ignem excitandum. Idem Paulus charitatem vocat radicem ac fundamentum omnium bonorum, cum ad Ephes. scribens dicit: In charitate radicati, & fundati. Hanc radicem Christianus Orator in corde suo si ante figat, caetera facile & abunde ex ea oritura speret, quemadmodum ex vna radice tota pendet arbor. Solus quippe Deus amor ingenium acuit, industriam extimulat, solus inuenit, a quo ipse idem excitat ignem, ex quo verba profuunt ignita, quae possint in cordibus auditorum & ipsa faces accendere. Obiurgat enim Spiritus sanctus linguarum ignearum specie in Apostolo descendit, diuini amoris eloquentiam ipsis largitur. siquidem elo-

eloquentiam linguis ; Amorem igne voluit designare : & Christus Apostolis præcepit , ne discederent e cænaculo , nec evangelicæ prædicationi principium darent , quousque induerentur virtute ex alto : ipse enim Spiritus osium est , per quod qui non intrat , fur est & latro : ipse Amantibus dat latitudinem Cordis : Ipse facit eloquentes , quia non potest vnquam deesse amanti , quod dicat , suggerente amore sententiâs , & verba . Ex hoc amore nascitur zelus gloriæ Dei , qui concionatorem vrit , vt dicat cum Elia , cuius verba instar facis ignita erant : zelo zelatus sum super Domino Deo exercituum . Ex eodem charitas proximorum exsurget , quæ nihil aliud est , quàm omnes propter Deum diligere : vnde zelus salutis animarum amplius efferuescet . Denique si Dei adsit amor , pauca ex ijs , quæ ad boni Concionatoris partes , edendosque fructus requiruntur , desiderabit . Hic amor Dei necessarius est , vt semper recta in Deum intètionè feratur , nec populari plausu evanescat . Hic ad tolerandas persecutiones præbebit vires , cum sciat illud Christi : Si me persecuti sunt , & vos persecuentur . Et illud habeat ante oculos : Si de hoc mundo fuissetis , mundus quod suum erat diligeret , sed quia de mundo non estis , propterea odit vos mundus . Sed diuinus Amor tale odium non horret , nec veritatem propter hoc tacet . Ex hoc eodem amore nascetur vis quædam in dicendo , & ardens eloquij efficacia . Si enim Rhetores volunt ijs affectibus debere suum Oratorem moueri , quos in alijs velit excitare ; noster Concionator quomodo in alijs amorem Dei ingeneret , quo ipse destituitur ? In hoc ergo Dei amore laboret , vt etiam eximius , & magnus euadat , & ad quamdam cum Deo familiaritatem perueniat ; ita enim fiet , vt non mediocres , sed magnos fructus pariat . Vt enim plantæ , fructus non faciunt nisi creuerint & animalia non generant nisi in ætate adulta , ita , vt filios spirituales Deo generet , & Christum parturiat , & in ingeneret in cordibus ; multum refert , vt in hoc amore Dei sit magnus :

Sed placet magis ad amorem Christi sermonem conuètere , & hunc Oratori nostro ante oculos ponere , nõ solum qua Deus sed etiam qua parte homo est . Hic Christi amor , si perfecte eum concipiet Sacer Orator , maxime erit efficax , vt ipsum instrumentum auctori suo proxime , & conuenienter annectat . cum enim illa Christi sanctissima humanitas sit perfectissima vnitate Deo coniuncta ; qui illum hominem singulari dilectione complectitur , non poterit cum ipso Deo non fieri vnum .

Quam-

Act. 1.

3. Reg. 6. 4.

1. 10. 1.

3. Regum

cap. 19.

Thom. 15.

De Amore
erga Christi-
sum .

Quamobrem arbitror, neque dignius fundamentū, neque fecundio-
riorem radicem posse desiderari, quam sit amor Christi, qui
quanto erit in concionatore feruentior, tātō is maiore dignitate
munus suū administrabit. Etenim obscurum esse nō potest, quin
omnium Christianarum dictionum primum ac maximū argu-
mentum Christus esse debeat. Debemus enim cum Paulo di-
cere: Nos autem prædicamus Christum, Iudæis scandalum, gen-
tibus stultitiam, nobis autem, id est his qui salui sunt, Dei
virtutem ac Dei sapientiam: Et, quoniam non cognouit mūdus
per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicatio-
nis saluos facere credentes. Cum ergo Christianus Orator
debeat semper Christum in ore, & concionibus habere, & id
eniti, vt eius amorem in auditorum pectoribus ingeneret, oportet
eum animo erga ipsum quā suauissime affectum esse. Si enim
non habeat Christum in corde, vel non habebit in ore, quia
ex abundantia cordis os loquitur; vel si fingere velit, in
detestandam incidet hypocrisim: neque vnquam sermo fictus
& artificiosus poterit esse efficax; verus enim non simulatus
ignis incendit. & nemo, vt vulgari prouerbio dicitur, alteri
dat quod ipse non habet.

Propterea studeat in se primo Christum formare, & tunc
poterit vere cum Paulo dicere; Filioli, quos iterum parturio
donec formetur Christus in vobis. Habeat Christum in intel-
lectu, maximam de eo, vtī par est, concipiendo existimationē,
vt pote de vero & vnico filio Dei viui, in quo repositi sunt om-
nes thesauri sapientiæ, ac scientiæ Dei, & perfectissimo capite
totius Ecclesiæ non solum militantis, sed & triumphantis. Cogit
et hominem, & Deum sublatum super omnem principatum
& potestatem, & super omne nomen, quod nominatur; cui da-
ta est omnis potestas in cælo & in terra, & cui flectitur omne
genū; & alia quibus Sancti Pauli epistola plenæ sunt, quas in
hunc finem & legere, & attente considerare vtilissimum est.
Ex qua existimatione fiet, vt primum ipse omni honore ac lau-
dibus eum colat & adoret. Deinde cum ad alios pro concio-
ne de eo verba faciet, cum quādam dicendi maiestate, ac ma-
gna reuerentia id præstabit, ita vt verba etiam corda pene-
trent auditorum, eosque ad idem faciendum permoueant.
Præterea contendat enixis precibus à Deo impetrare, vt in
animum suum tenerum ac singularem quemdam amorem in-
fundat, quo feratur in Christum, tanquam in eum, qui modo
singulari sit Deo dilectus filius; in quo pater vnice sibi complacet.

Magna de
Christo exi-
stimatio.

cet, in quo vt primogenito naturali agnoscit ac diligit omnes filios adoptionis: in eo inquam, qui omnis nostri boni fons, atque author est, cum non sit aliud nomen, in quo, oporteat, nos saluos fieri: & denique à quo, & cum quo, & in quo, & per quem sunt omnia. Ex hoc amore id consequetur Christi amator, vt si fieri possit, omnes gentes, ac totum mundum cupiat ad eius amorem pertrahere: tum vt habeat tanto plures ad eum amandum, colendumque auditores ac socios: tum quia, hoc illi obsequium, hoc donum esse gratissimum nouit: atque adeo nihil magis in optatis habebit, quam animas in suis concionibus Christo parere, ad quas ille suo sanguine redimendas è cælo descendit in Terras. Et sane hic dignus est prædicare Christum, & pro Christo legatione fungi, ac Euangelium Christi populis promulgare, qui aliquo modo saltem cupiat posse eum D. Petro dicere: Tu scis Domine, quia amo te, & animam meam pro te ponam. Debet vero pius Orator sic animo instructus, ac tali amoris igne succensus, sæpissimè de Christo in suis concionibus agere, de eius maiestate, perfectionibus, amore, beneficijs in nos collatis; de illius dictis, factis, mysterijs, virtutibus sermones frequenter instituere, maximè vero de illius passione & morte: in qua maior sapientia splendet, & charitas ardet, vt possit eadem cum Paulo verba vsurpare, Non iudicauit me scire aliquid, inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Ad hunc autem effectum animi tam preciosum in se primum, postea in alijs ingenerandum, eximium ac singulare quoddam, vti modo significauit, præbebit exemplum, & adiumentum Paulus, cuius verba ex ardentissima eius cordis fornace erumpentia singulos inflammabunt, eruntque fontes vberissimi quibus hortulos nostros irrigemus. Theauri sane pretiosissimi, vnde aureas sententias depromamus: quarum nos aliquas in vltimo huius primæ partis capite subijciemus. Denique illud omnino sibi persuadeat noster Orator, nulla re magis suas conciones vtilis futuras, quam si Christum sepe proponat, Christum prædicet, Christum inculcet, & quasi quotidianum panem semper cum alijs cibis mensæ Euangelicæ apponat. Cuius rei sit mihi locuples testis magnus Prædicator, & clarissimi Ordinis Prædicatorum primus author Dominicus, cui post multas Tolosæ habitas conciones, conuerenti coram Deo de exiguo earum fructu, Beatissima Dei Genitrix assistit, quæ Sanctum virum blande consolata admonuit, vt filij sui mysteria in concionibus tractaret quàm sæpissime,

Thom. 13.

1. Cor. 2.

Exemplum
Amoris Christi
Pauli.S. Dominici
exemplum.

pissimè, inde futurum, vt magnum singuli fructum exerceperet. Quod etiã confirmare possem experimento aliquorũ, qui nostra xtate, cum maiori animarum beneficio in hoc munere laborarunt; in quorum numero habuit Hispania magistrum Ioannem Auilam, qui cum esset ipse singulari modo in Christum animatus, maximè ad mysterium incarnati Verbi, & Sacratissime Eucharistia, dum Christum, sepe auribus & cordibus inculcat, messem animarum fecit vberriam. Concludant hoc caput

Serm. 15. B. Bernardi verba. Qui perfectam habet charitatem, prædicet, in Cant. in fine. fructificet, innouet signa, immutet mirabilia, quia non est quæ se immisceat vanitas, vbi totum occupat charitas.

Spiritus orationis & contemplationis. Cap. VI.

As. 6. **A** Moris Diuini fomes ac nutrimentum oratio & contemplatio est, cuius spiritus in Ecclesiastico Oratore vigere plurimum debet. Multa sunt quæ hoc clarissimè docent humana ac diuina testimonia, multæque rationes. Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus, dixerunt Apostoli. Vbi oratio ante prædicationem rectissimè constituitur, tamquam ea quæ hierarchicam hanc debeat actionem dirigere, & sine qua mutila ac sterilis foret. Nec solum docent orationi vacandum, sed cum instantia orandum, quod à Christo ipsi didicerant, qui cum dies in populis erudiendis posuisset, noctes in Dei oratione ducebat. Sed audiamus Sanctos Patres: Augustinus, munus suum, ait, vt præstet magis pietate orationum opus est, quam Oratoris facultate, vt orando pro se, & pro illis, quos est allocuturus sit orator, antequam dicat.] Diuus Bernardus in illa tria verba. Amica mea, columba mea, formosa mea, Habes, inquit, tria hæc prædicationem, orationem, contemplationem, in tribus designata vocabulis. Etenim merito amica dicitur, quæ sponsi lucra studiosè ac fideliter prædicando, consulendo, ministrando conquirat; merito columba, quæ nihilominus pro suis delictis in oratione gemens, & supplicans, diuinam sibi non cessat conciliare misericordiam; merito quoque formosa, quæ cœlesti desiderio fulgens supernæ contemplationis decore se induit] & concludit, qui huiusmodi est, placens Deo, cautus sibi, vtilis suis erit.] Idem, nunc mentent, ait, tria hæc Verbum, exemplum, oratio, maior autem horum est oratio, ea namque operi & voci gratiam, & efficaciam promeretur. Greg. etiam Nazian. Christus, inquit, actio-

Probatur auctoritatem Patrum.

August. l. 4. de Doct. Chr. cap. 15. Ser. 57. in Cant.

Ep. 201. Orat. 27. In Maximum.

actiones multitudini, hominumque frequentia; ita preces quieti, locisque ab hominum commertio fere tribuebat, quid per hoc fanciens, ac velut lege lata statuens? nempe nobis quoque nonnihil quiescendum esse, ut animo minimè turbato, cum Deo versetur, mentemque à rebus vagis, & incertis paulum reducamus. Neque enim ille secessione opus habebat, verum ut & actionis, & sublimioris occupationis tempus esse discerneremus.] Alter similiter Gregorius consonat dicens: Humani generis redemptor per diem miracula hominibus exhibebat, & ad orationis studium in nocte pernoctabat, ut perfectis prædicatoribus innueret, quatenus nec actiuam vitam amore speculationis deserant, nec contemplationis gaudia operationis nimietate penitus cõtemnant: sed quieti contemplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant.] Hoc ipsum exemplo D. Pauli admonet nos S. Maximinus: Paulus, inquit, ultra humana raptus in tertium cælum, secreta cœlestia cognouit, ut Ecclesiarum futurus Doctor inter Angelos disceret, quod inter homines prædicaret.] Sibi omnino Concionator dicta putet, & sibi ut maximè conuenientia & propria applicet. quæ dicuntur ab Ecclesiastico: Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo, aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur; Quia omnis sapientia à Domino Deo est, quam ipse in oratione poscenti dat, ut D. Iacobus testatur: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo. Orator, autem Christianus maximè indiget, sibi primum, deinde alios quos docturus est. Non est autem aliud tradere cor ad vigilandum, quam toto pectore in hoc vnum incumbere: & aperire os est desiderium suum promere: & pro delictis suis debet deprecari, sciens, quia in maleuolam animam non introibit sapientia, subdit autem idem sapiens: Si Dominus magnus voluerit, nempe ex cuius nutu, & voluntate pendet sapientia; spiritu intelligentiæ replebit illum, & ipse tamquam imbres emittet eloquia sapientiæ suæ, scilicet concionibus ad populū habitis, & fructus hinc sequetur magnus, qui tum ad concionatorem pertinebit, quia sic ipse in oratione confitebitur Domino, laudans eum pro magnificè acceptis beneficijs, & ipse diriget consilium, & disciplinam, tum ad alios, ad quos verba facit: Palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur.

Quid autem sit, quod orandi studium tantoperè Ecclesiastici Magistri officio sit annexum, facili negotio quis aduertere poterit,

1. 6. Mor.
cap. 17.

De SS. Pe
tro et Pau
lo. H. 1. 7

Explicatur
locus
Eccles. 39.

1. 1.

Probatur idē
rationibus.

Probatur idē
rationibus.

Prima ratio poterit, si allatis testimonijs rationes adiungamus. Primò constat officium concionandi pertinere ad vitam Actiuam, non ad illam quidem puram, sed ad eam, quæ ex contemplatiua nascitur, quam potes mixtam dicere, cuiusmodi vita Christi & Apostolorum fuit, & qualis est Episcoporum omnium, ac multorum Religiosorum: quam digniorem esse contemplatiua pura, certo constat, & D. Thomas ostendit. Quocirca qui se totos ita dedunt actioni, ac prædicationi, vt langueat in eis orationis spiritus, hi planè non sequantur eam vitæ rationem, quæ sui instituti genus exigit, sed degenerat in his Actio, cum non inde oriatur, vnde eam oriri oportuit. Secundò, cum officium concionatoris requirat tã multas virtutes, vt cum fructu fiat, & multiplicem spiritum charitatis, humilitatis, mäsuetudinis, patientiæ, paupertatis, simplicitatis, deuotionis, zeli & animarum, & totius Christianæ perfectionis; quis speret se idoneum operarium futurum, nisi per assiduam orationem sit Deo coniunctus, à quo bonum omne manat? Præterea cum hoc munus permultas difficultates habeat coniunctas, si quis credat sine spiritu orationis, & deuotionis has posse superari, perinde est, ac si quis sine nauigio velit se mari committere. Quarto per orationem maxime Deum communicare sapientiam constat, vt ex loco iam citato ecclesiastici, & cap. vlt. patet. Et confirmant Salomonis verba, inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ; Et D. Iacobus satis aperte monet: Si quis indiget sapientia postulet à Deo: Hac autem in concionibus indigere nostrum Oratorè satis est manifestum, vt prius ipse à Deo illustratus spiritu sapientiæ, ac intellectus, possit alios illustrare. Quintò necessarius est hic orationis spiritus ad imperandum à Deo auxilium, quo prudenter, & cum decore exerceat partes suas in concione, in qua tam multa sunt dicenda, & adeò difficilia. Requiritur magna attentio, magnus feruor, & spiritus in dicendo, vt nisi Dei opè oratione sibi conciliet, præstoque habeat, facile sit errare, facilius turbari, facillimum aliquod verbum emittere, quod cuiuspiam animum offendat eodemque orationis spiritu fiet, vt nihil quod sit dicendum taceat, nihil quod sit tacendum dicat, præsertim cum non sumus sufficientes cogitare quicquam ex nobis, nedum dicere, & nemo possit dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. Præclare S. August. hanc explicat causam: Cum enim (inquit) de vnaquaque re, quæ secundum fidem, dilectionemque tractanda sunt, multa sint, quæ dicantur, & multi modi quibus dicantur

Actio concionandi ex contemplatione nasci debet.

2.2. q. 188. art. 6.

Secunda ratio ex virtutibus multis necessarijs oratori.

Tertia ratio ex difficultatibus.

Quarta ratio ad impetrandam sapientiã. Sap. 7. Vide c. 3. § 9. c. 1.

Quinta ratio ad obtinendum auxilium.

l. 4. de Doc. 8. c. 15.

gantur ab eis , qui hæc sciunt ; quis nouit , quod ad præsens
tempus vel nobis dicere , vel per nos expediat audiri , nisi qui
corda omnium videt , & quis facit , vt quod oportet , & quæ-
admodum oportet dicatur à nobis , nisi in cuius manu sunt , &
nos , & sermones nostri ?] Sextò , valet oratio , & debet præire
ad obtinendam gratiam efficiendi fructus spirituales in animis
auditorum . Qua in re debet orator noster Paulum imitari ,
tum orando pro his , qui verbum Dei audiunt , sicut ille de se
non semel testatur sine intermissione orasse , tum aliorum ora-
tiones pro se postulando , vt idem facit scribens ad Thessalon.
Coloss. Ephes. Adde quod ad Contemplationem propriè , atque
Meditationem pertinet , ex his ipsis diuinæ eloquentiæ , quam
optamus , vim atque adeò vitam , spiritumque pendere . Nam
cum tota Eloquètia fermè sit in inuentione , eloquutione , actio-
ne ; Contemplatio , ac meditatio animum quodammodo sagi-
nant , latificant , & fecundant ingenium , affectum mollem , ac
tenerum fingunt . eiusque deuotionis , quæ sensibilis dicitur ,
succum , & quasi pinguedinem alunt , vt Concionatori ita affe-
cto numquam deesse possit sylua ingens , & sententiarum ma-
gnificarum , & verborum optimorum , Nec deinde in actione
ardor , atque commotio , vnde facilè sit auditores ; quocumque
opus est , conuertere . Contra vero vbi deest Denotio , vltusque
meditationis , quantumcumque adhibeatur artis , erit oratio
languida , frigida , exanimis , demum facta , non nata ; picta , non
viua ; aurium ludibrium , non animorum tormentum . Has ra-
tiones optimè illustrabunt , & confirmabunt verba Bernardi ,
vbi decernit ; Hoc esse vitæ spiritualis fundamentum , non totum
se , nec semper dare actioni , sed considerationi aliquid reser-
uare . Audiamus ipsum : Si quod viuus (inquit) & sapiens , totum
das actioni , considerationi nihil : laudo te ? in hoc non laudo ,
puto quod . & nemo , qui à Salomone audierit , qui minoratur
actu percipiet sapientiam . Addit : Si totus vis esse omnium per
actionem , instar illius qui dicit , Omnibus omnia factus sum ;
Esto & tuus , nam & tu homo es : in sinu tuo in quo omnes re-
cipis , te ipsum etiam collige : omnes habent te , esto & tu ex
habentibus vnus . Vt quid solus fraudaris munere tui ? quid
prodest si vniuersos lucreris , te ipsum perdas ? Vt quæquo spi-
ritus vadens (per actionem) & non rediens (per consideratio-
nem) sapientibus , & insipientibus debitor es , & soli negas te
tibi ? Omnes de fonte bibunt , pectore tuo , & tu seorsum sitiens
stabis ? Si maledictus qui partem suam facit deteriorem , quid
ille,

Sexta ratio
ad gratiam
fructus .

Septima ra-
tio ad seruo-
rem .

l. i. de Cōf.
ad Eug.

1. Cor. 9.

ille, qui se penitus reddit expertem? Vtere te quoque inter multos. aut post multos.] Quo loco si placet, etiam legere potes maxima detrimenta, quæ ex considerationis defectu manant, & multa in eius Encomium, inter alia hæc dicit: Ipsa consideratio primum quidem fontem suum, id est mentem, à quo oritur, purificat, deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, cõponit mores, vitam honestat, & ordinat, diuinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert.]

Quem modum tenere debeat, vt orationi sit deditus.

Cap. VII.

Oratio ordinaria.

Orationes iaculatoriæ.

Præcedat oratio cum paraturus est concionem.

Exercitiorum spiritualium vsus.

Sed fortassè quis huius præcepti agnoscens quanta sit necessitas, scire cupiat, quam viam tenere, quem obseruare modum debeat, vt eorum de numero sit, qui cum Apostolis dicere possit, Nos autem orationi, & ministerio verbi instantes erimus; denique quid hæc orationis instantia; perpetua concionum comes à Concionatore postulat? Respondeo, vt habeat quotidie certum tempus, quo segregatus ab alijs curis, ad pedes Domini sedeat cum Magdalena, vbi audiat à Christo que in suum vsu conuertat, & quæ suo tempore Martha personam agens, communicet cum alijs: & erit hæc ordinaria Oratio. Secundo; Sed præter hanc toto die rebus etiam, quas agit, orationes extraordinarias intermiscet, siue studijs vacet, siue mensæ accumbat, siue deambulet, siue ministret alijs. Sic expouunt, permulti illud Christi, oportet semper orare, & nunquam deficere. Quod fiet, si etiam recitet horas diuini officij cum deuota cordis attentione, & quas vocant iaculatorias orationes frequenter adhibeat, ita nõ difficile erit, id quod est Abraham dictum, seruare. Ambula coram me, & esto perfectus. Tertio, etiam per orationem se disponet, cum est concionem paraturus, & cum est proxima concionandi hora: sed hanc admodum alibi commodius explicabo.

Quarto, vehementer etiam Concionatoribus author sum omnibus, vt saltem semel in anno tempus aliquod eligant, quod commentationibus rerum spiritualium totum occupent, & intelligant ita inseruiendum per occupationem esse aliorum salutem, vt tamen nõ sinant se adeo distrahi, vt non sibi ipsis vacent per quietem. Redemptor noster, (ait Greg.) planè sic vult nos querere salutem alienam, vt non negligamus nostram, & vult Prædicatores suos ad horam ab aliorum sollicita intentione quietoscere,

scere, vt sibi ipsis per quietem valeant melius providere. Quid prodest, ait Christus, homini, si vniuersum mundum lucretur, anima vero suæ detrimētum patiatur! Sic exponit Greg. illud Cant: Mel, & lac sub lingua eius. Bonus cōcionator nō solum habet mel in lingua, dum diuinarum rerum dulcedinem prædicat, sed etiam sub lingua quia internam dulcedinem assidue secum portat: dum enim terrena abijcit, dum vitiorum amaritudinem respicit, in interioribus sensibus sapientiæ dulcedine se pascit, qua robor colligit, vt ad æterna gradiens in labore viæ lassescere non possit.] Proinde vtile erit operario Evangelico, aliquando locum à turba, & conuersatione semotum petere, vt sese meditationibus spiritualibus dedat; quæ res nō ipsi tantum proderit, quod tamen vnum magni momenti est; sed auditoribus præterea suis cum maiori fructu aperiet, quæ Dominus Deus in secreto cordis sibi communicauerit. Hoc est piscatores imitari, qui post piscationis laborem, reficiendis rebus vacant, & Solis radijs ad exsiccandum exponunt: ita tuas conciones, ac te ipsum æterni Solis obijcias radijs, quibus incendantur simul, & ab omni vanitatis, & cupiditatis humore siccati possint. Igitur quicumque in hoc munere versatur, nunquam separet orationem à concione, præcedat illa, sequatur hæc, & quæ Deus coniunxit, non separet homo: Habeat præ oculis semper illud Apostolicum, quod placet repetere, vt sape Prædicator & ipse apud se reputet: Nos autem orationi, & ministerio verbi instantes erimus: Et intelligat eandem sibi curam in oratione, quam in concione ponendam, imo maiorem, & planè persuasum habeat, tunc concionem efficacem futuram, & cum fructu, cum ex orationis deuotæ spiritu effundetur. Quoniam verò res tanti momenti est, placet vltimo loco alijs Patrum allatis testimonijs, adijcere sententiam S. Chrysof. vt memoriæ insigatur. Is enim hæc habet verba, de quorum veritate si quis dubitet is neque Orationis dignitatem agnoscit, nec se eius studiosum, & amantem esse testatur. Cum, inquit, video quempiam non amantem orandi studium, neque huius rei feruida, vehementique cura teneri, continuò mihi palam est, eum nihil egregiæ dotis in animo possidere. Rursum vbi quem conspexero insatiabiliter adhaerentem cultui diuino, idque in summis damnis numerantem, si non continenter orauerit, coniecto talem omnis virtutis firmum esse meditatorem, ac Dei amicum.

Matt. 16.
Cap. 5.

Act. 6.

Lib. 1. de
Ora: Deo.

G Fide

.87. 114M
.7. 114D

Q Vonia verò officium Concionatoris plurimas difficul-
tates admixtas habet, vt supra attigimus, quæ sæpè il-
lum minus audentem, ac timidum reddere possunt, operæ præ-
cium erit, vt actus fiducia in Deum frequenter exerceat, tum
maximè, quando difficile quippiam, & laboriosum occurret,
sincero animo suum Deo laborem, & ministerium offerendo,
Primo loco, vt docet Chrysoft. Oportet oratorem pugnare,
contra multos aduersarios veritatis, cuiusmodi sunt Gentiles,
Iudæi, Hæretici, & subdit. Iam quis enumerare queat domes-
ticorum nugas, atque contentiones, quæ etiam sudorem pa-
riunt Concionatori? Inter hos enumerat eos, qui ex curiosita-
tis studio à Concionatore ea doceri velint, quæ neque disci
possunt, neque vtilia sunt ijs, qui ea edocti fuerint, Alij diuino-
rum arcanorum causas postulant, & conantur metiri abyssum
illam magnam iudiciorum Dei, quæ inuestigari non debet, &
plures docet esse hos curiosos, paucos autem fidei, ac vitæ in-
structionis studiosos, & si Orator obstruxerit eiusmodi hominum
ora, tamen non effugere aliquando poterit inscitia notam.
Nulla verò alia ratione prouidebit, quam si facultate in dice-
do valeat ad moderandos animos.

Lib. 4. de
Sacer.
Difficultates
quæ se fidu-
ciæ opponit.
Quam diffici-
le sit Concio-
natorem om-
nibus place-
re.

Criminatio-
nes in Ora-
torem.
Lib. 5. de
Sac. 5.

Solet adhuc concionatoris animus sæpè turbari, & deijci ab
aliquas obortas hominum opiniones, & criminationes in eum
Qua de re placet etiam afferre, quæ idem hic diuinus Chryso-
stomus necessario monenda iudicauit. Ingens (ait) labor à
concionibus publicè ad populum habendis est; nam populus
non ita se accomodat ad concionantes, sicut solent discipuli
ad præceptores se accomodare, sed potius multos eorum se-
dere docet, vt sedent spectatores in theatris, & stadijs, vbi mul-
tudo in contraria scinditur, dum alius vni, alius alteri ap-
plaudit, alij ad gratiam, alij ad inuidiam dicenti aures accom-
modant, præsertim quod multi assuetas habent aures, non
ad vtilitatem, sed ad voluptatem potius audiant, vt faciunt quæ
de Tragædijs, aut de Citharædis iudicaturi sedent.] Rursum
infra: Oportet, inquit, sæpè contemnere criminationes & in-
tempestiuas insimulationes, liuorem, & inuidiam, neque præ-
ter modum vereri ac reformidare, neque rursus leuiter des-
picere conuenit, sed contendere, vt extinguas; etiamsi à ple-
beijs viris, & vilibus contorqueantur. Nam nulla res magis
famam

famam auget, seu bonam seu malam, quam vulgus incompositum, vt quod audire & eloqui temerè soleat, nulla prorsus veritatis habita ratione. Denique addit: Si quis ob populi dicta animo statim deijci ceperit, nã is nihil vnquam quod generosũ, admirandumque sit, parere poterit, siquidem mœstitia, itemque curã ac sollicitudines perpetuã, animi vim maximè possunt profernere.

Præter hæc contingit eundem Oratorem cõsternari animo, si quando in concione sibi ipse non satisfecerit, sit enim hoc ex Dei benigntate aliquando, vt sic elationi locus præcludatur. Sæpè id contigisse sumus experti, vt tunc aliquis magis alijs placuerit, cum sibi minus. Quod præclare docet Aug. Nolim, ait, te moueri, eo quod sæpè tibi abiectum sermonem fastidiosumque habere visus es, fieri enim potest, vt ei què instruebas, non ita visus sit, sed quia tu aliquid melius audiri desiderabas, eo tibi quò dicebas, videtur indignum auribus aliorum. Nã & mihi propè semper sermo meus displicet, melioris enim audus sum. ¶ Et infra subdit, sed mihi, inquit, sæpè indicat eorum studium, qui me audire cupiunt, non ita esse frigidum eloquium meum, vt videtur mihi, mecumque ago sedulo, vt huic exhibendo ministerio non desim, in quo illos video benè accipere, quod exhibetur. Nec ita multo post addit: Si in pecunia corporali, quanto magis in spiritali hilarem datorem diligit Deus, sed hæc hilaritas vt adsit ad horam, eius est misericordia, qui ista præcipit.

Sæpe Orator sibi non satisfacit.

1. de Cath. iud. c. 2.

Constantia & perseuerantia. Cap. IX.

Debet etiam perseueranter animarum patronus, & animo constanti perdurare in ministerio, ad quod vocatus est, neque ab incepto desistere, etiamsi ipsi videatur modicus fructus colligi, sicut Beatus Chrysof. ait: Aquarum vena, etiamsi nullus veniat adaquatum, manant tamen, & fontes, quãuis hauriat nemo, scatebras emittunt. ¶ Et affert exemplum Hieremias, qui ob hanc ipsam causam se ab hoc munere subtrahere cogitabat, cum dixit, factus sum in derisum tota die, dixi, non loquar, nec nominabo nomen Domini: Sed quid passus sit hæc dicens, subdit: Et factus est in corde meo quasi ignis æstuans, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. In eã concione Chrysofomus multa plane digna, quæ ex abundantij illo fonte hauriantur affert, ad confirmandum concionatorẽ.

In cap. 16. Luca conc. 1. de Lazaro ro initio.

In eos, qui
animum de-
spondent eo
quod non ap-
pareat fru-
ctus.
Primo.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Quinto.

se animum in suo labore despondeat, contra eos qui dicunt, desine bene consulere, desine monere, nolunt te auscultare. Respondet fuse sed summa est hæc. Primo, quid ais homo? videlicet polliciti sumus nos vno die omnes rete capturos? Nam si decem tantum persuasi sint, si quinque, si vnus, nonne hoc nobis sufficit ad consolationem? Secundo, Imo pone, neminem nostris dictis persuasum, quanquam id fieri non possit, vt sermo in tam multis disseminatus, vacet omni fructu: sed pone ita esse, tamen non erit sermo sine fructu, cum illi ipsi, qui ad peccatum redeunt, haud tanta cum impudentia, audaciaue id faciant, obiurgatione nostra eis in memoriam redeunte, & tacita cogitatione erubescant. Hoc autem non simili impudentia peccata solita perpetrare; aliquid saltem est futura salutis indicium. Tertio, si non profuit sermo malis, tamen bonis in bonis propositis & consilijs confirmat; non erexi ægrotantem, attamen eos qui valent reddidi firmiores. Quarto hodie non persuasi, cras persuadere poterò; quod si minus cras, perendie, aut quarto ab hinc die, vt Piscator qui per totum diem vacua attraxit rete, sub noctem iam abire parans, capto, qui ipsum per totum sefellerat diem, pisce discedit. Quinto, in omnibus artibus vulgo homines, etiamsi crebro frustrentur optatis, nec res ex voto succedant, tamen ad easdem redeunt, nec desistunt, vt apparet in agricola, negotiatore, nauclero, & tamen nostra ab his longe est diuersa conditio. Nã si illis non successit euentus, nullus aliunde existit fructus, qui lucrum interceptum, aut damnum acceptum, refarciat; At Concionator, etsi iactum semen auditor non recipiat, non minus accipiet præmij non auditus, quàm accepturus erat si alter obtemperasset. Nam vnusquisque (ait,) mercedem accipiet secundum proprium laborem, & non dicit secundum euentum lege eundem Chrysof. hom. 12. in Ioan. Tom. 3. de mercede concionatoris, etiam si fructus non fiat. Fac tu quod tuum est inquit Bernard. nam Deus quod suum est curabit; planta, riga, & tuas expleuisti partes, sanè incrementum vbi voluerit dabit Deus, vbi forte noluerit, tibi deperit nihil. Medici est medicamenta adhibere, non est in manu medici semper relictur vt æger; En plaga tibi incumbit, cura eam, curam exigeris, non curationem. Quamquam sapè etiam fructus concionum occultus est, & non peruenit plerumque ad aures concionatoris. Hæc cum ita sint (vt addit luculenter Chrysof.) debet constanter in suo munere Concionator persistere, nec vnquam de aliorum salute despera-

sperare secundum Pauli præceptum ad Timotheum, seruum Dei oportet mansuetum esse, ad omnes docibilem, corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quâdo idest si forte det illis Deus penitentiam in agnitionem veritatis. Parentes ægrotantibus filijs, quamquam medicorum sententia desperatis, mæsti quidem, sed tamen seduli sunt, & omnia quæ possunt, ad supremum usque halitum admouent. Hoc nos quoque pro fratribus in animæ causa faciamus, quin eo accuratius, quo videtur mors ei æterna certius impendere.] Bone Deus, dæmon non cessat tentare viros sanctos, etsi non valde confidat se quidquam effecturum, vt patet in historia Iob. ego vero de fratris salute desperabo, & curam omnem abijciâ. Ante omnia sit nobis Christus exemplar ob oculos, qui cum omnium futurorum esset cōscius, tamen nunquam cessauit quod sui erat muneris præstare, etiam cum perfido & impijssimo Iuda, quem sciebat certissimè damnandum.

Hoc loco habenda sunt in promptu præclara monita B. Ignacij Loiola Societatis nostræ parentis, & Iacobi Laynis, qui primus post Ignatium Generalis Præpositus fuit; hic aiebat verum sanctum esse animo; Deum quarundam rerum velle studia, & conatus à nobis, quarum omnino vel nolit effectum, vel ab alijs velit, idque ex ipsis Dei verbis ad David docebat. Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans, veruntamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus. Ignacij autem consilium erat, in hac proximorum salute imitandam esse, ex vna parte Angelorum sedulitatem, & industriam, ex altera eorundem tranquillitatem si euentus non succedat è sententia.

Adijciam vltimo loco monitionem meo iudicio necessariam ijs, qui cum vident paucitatem auditorum ad concio es confluentium, cadunt animo, & omninò sese abijciunt; cauendum his est, ne si forte initio res minus succedat, propterea frigidius dicant, & concionem minore studio comparent; nam id esset inclinatum rem vrgere in præceptis, contra potius nitendū est. Nam sæpè illa perseverantia expugnat difficultates, & paulatim alijs atque alijs accedentibus, frequens fit auditorium. Certè maximi est meriti apud Deum ille fidelis labor, & argumentum satis manifestum, Concionatorem non plausus gratia, & placendi hominibus, sed obedientiæ, & Deo seruiendi studio munere illo perfungi.

Sed parua sunt quæ hæctenus dixi, ad maiora vocatur, qui

Optima consilia.

Auditorum paucitas non debet exanimare.

Orator sit paratus ad multa toleranda pro Christo.

pro Christo legatione fungitur, nempe ut sicut ipse pro Evangelica veritate mortem tam crudelem subiit, nos quoque nihil magis habeamus in votis, quam ut pro ipso, & pro Evangelio si opus sit, sanguinem fundamus. Sicut habemus tam multa, exempla, tam eorum, qui Christum præcesserunt, quam qui subsequuti sunt: Isaias post multas conciones habitas, in duas partes sectus, occubuit; Hieremias post carcerem & catenas lapidibus obrutus; Ezechiel occiditur: Amos vecte per tempora transfixus, Micheas præcipitatus interijt: Quis ignorat Eliæ persecutiones, minas Eliseo intentatas? Sed hæc si cum nostris concionatoribus conferantur, minora videbuntur, quanta passi sunt omnes Apostoli, qui omnes post tot labores, post tot peregrinationes, post tam multas, & longas insectationes, atque infamias, Christo adiuncti sunt in cruce ac varijs tormentis? Longum esset enumerare innumerabiles prædicatorum acies pretiosa morte immolorum. Hæc sunt vera præmia bonorum Concionatorum, consignare sanguine Evangelium: hi fauores electis doctoribus à Christo exhibiti, non autem populorum plausus, non principum terrenorum gratia, non populares honores ac dignitates. Vnde ea fortitudo concionatoris pectus armet, ut ad tormenta, & mortes paratum se præbeat. Sibi dictum putet à Deo, quod Hieremias dicitur: Ego dedi te hodie in Civitate militatam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram. Et quod dicitur Ezechiel: Dedi faciem tuam valentiorum facieb eorum, & frontem tuam duriorum frontibus eorum, ut Adamantem, & ut Silicem dedi frontem tuam, ne timeas eos, neque metuas à facie eorum. Ad confirmandum autem Christianum Oratorem, ut cum magna constantia, & fiducia verbum Dei proponat, multum mihi valere videtur, si verbum Dei, quod prædicat, virtutem, ac dignitatem mente concipiat. Propterea Paulus dixit; Vilius est sermo Dei; Planè vius & animatus, eo quod à se habeat principium motus. Et addidit Paulus, & efficax: quia à se habet penetrandi virtutem. Propterea & Christus dixit esse semen, quia habet in se latentem vim ad fructum producendum; & David vocat eloquium ignitum, quia ut ferrum ignitum ad comburendum magnam vim habet, ita & sermo Dei cum spiritu prolatus. Itaque qui in hoc Dei verbo explanando est positus à Deo, confidat omnino in eodem, quod dabit verbum Evangelizantibus virtute multa. Concludat hoc caput generosus Chrysoptomi spiritus qui hæc de se loquitur; Ego meo ipsius animo persuasi quoad spiraveris, & do-

Cap. 1.

Cap. 3.

Verbi Dei
virtus maxi-
ma.

Prædicandū,
ad mortem
vsque.

Concil. 1.
de Laz.

& donec Domino visum fuerit, nos in presenti vita versari, hoc implere ministerium siue quis attendat, siue non attendat, vt faciat ea quae praecipuntur, Haec de se, Ad alios vero: Nihil (inquit) aliud iubemur, quam apud mensarios deponere pecuniam, loquere, & admone: verum non audiuit; Tu nihilo secius habes paratam mercedem, ne desisteris prius quam persuadeas, donec spiritum afflaueris, terminus monendi sit obedientia monitionem tuam recipientis.

Charitas erga proximos . . . Cap. X.

SI adsint quae iam a nobis proposita sunt, Vitae sanctimonia, Recta intentio, Amor Dei, Orandi studium, Ad Deum fiducia: paratum habemus instrumentum, vt a diuina manu facile tractetur. sed vt bene etiam erga proximos accomodatū sit, quae mox sequentur plurimum iuuant, charitas imprimis, & amor erga fratres in Christo nostros, & filios; quoniam teste Greg. difficile est, vt quantumuis recta denunciatis is, qui non diligitur, libenter audiatur. Ideo est res magni momenti ad fructus pios ex Euangelica semente colligendos, vt seminator fidelis, non solum exterius significet, sed plane induat boni patris spiritualis, imo vero etiam pia matris, & indulgentis affectus in suos alumnos. Amor enim amorem conciliat, & quisque facillime suavioris beneuoli dicta complectitur. Tamquam medicis corporum, sic & animarum, maiori quadam voluntate obedientia exhibetur, his quorum sincerus amor est cognitus. Dilatet igitur sinum charitatis, vt possit cum Paulo dicere: Testis mihi est Deus, quomodo cupiam vos omnes in visceribus Iesu Christi: & iterum; Filioli quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Et illud: Nam si decem millia paedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Alibi infirmatur cum infirmis; vritur cum ijs qui scandalizantur. Et ad Corinth. Os nostrum patet ad vos, cor nostrum dilatatum est. Et ad Thessal. audi hanc matrem: Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis, non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis &c. Et ad Philip. fratres mei charissimi & amantissimi, gaudium meum, & corona mea. Iam vide, hic amor Apostoli quantum illi vicissim conciliauit amorem eorum, ad quos verba faciebat. Testimonium enim perhibeo vobis,

G 4 inquit,

Virtutes erga proximos.
Exemplum charitatis Pauli. Philip. 1. 2. Cor. 9. Cap. 6. Cap. 2. Cap. 4.

Gal. 4.
Cap. 20.

inquit, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi: & in Actis, cum Paulus discederet, procidentes osculabantur eum flentes, propterea quod dixerat, faciem eius non amplius visuros. Fructus autem ex hac mutua charitate erat illa admirabilis gentium conuersio, quod idem Apostolus significat ad Thesial. vbi cum commemorasset suum erga illos studium, subiicit de illorum profectu. Quoniam cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est verè verbum Dei. Et sane quid boni non proueniet ex hac mutua charitate, cuius & fons, & centrum est ipse Christus, qui quidem cum sit author omnis boni, ac forma, ut amorem suum explicet erga Synagogam, gallinæ se comparat, magnò cum affectu pullos suos congreganti sub alas.

1. Cap. 2.

Debemus ergo paterno affectu animas, non secus ac filios complecti, eas pie, ac sollicitè generando, ac genitas parturiendo, ut Paulus ait, editas educando, ornando, & ad omnem virtutis gradum euehendo. Non enim Patris solum est generare, sed ipsos genitos educare, & multos ferre labores, quos educatio habet adiunctos: ut parètes filiarum curam gerunt, quousque eam in matrimonium collocent. Nec parturitio est sine labore, ac dolore mulieris quæ parit. eodemque modo haud voce ludicra, ac fessa generantur filij spirituales, sed gemitibus multis, & precibus. Morientes etiam filios deplorare debet, qui Pater est, & non mercenarius solum ac pædagogus, & omnem adhibere curam ne pereant, ut possint dici filij lachrymarum. Et tamen debet simul cum lachrymis officio suo diligenter insistere. Nec dicat cum Aarone, quomodo poteram placere Domino in ceremonijs mente lugubri, quia hic lucus spiritualis excitat potius, quam impediatur concionantis feruorem.

Charitatis
munia quæ-
nam.

Gal. 4.

Denique debet talis ac tanta charitas in eo vigere ut emolumenta aliena & detrimenta, vitam ac mortem pro suis numerans, possit cum Paulo dicere: Viuimus si vos statis in Domino. Qui ergo eiusmodi est, & audietur æquo animo, & ad eum populi, ut filij charissimi confluent, & amabitur ut pater, & ita orationem suam temperabit, ut qui audit, etiam cum

Leuit. 10.

arguitur, agnoscat eum ex charitate loqui. Sic Greg. cornu Samuelis oleo plenum Prædicatori accommodat, quia cornu debet ferire peccatores acutè redarguendo, sed idè debet esse plenum oleo, quod tunc fit, cum Prædicatoris sublimitas non habet

Præferat alio-
rum comoda
suis.

1. Thess. 3.

Lib. 1. Re.
6. 16.

habet asperitatem minarum, sed blandimenta fauorum. Idem exponens locum Iob; Nunquid parturientes cernas obseruasti? quarit cur ceruas potius Prædicatores vocet, quam ceruos: Quia, inquit, illi verè doctores sunt, qui cum per rigore disciplinæ patres sint, per pietatis viscera esse matres nouerunt, qui labores sanctæ conceptionis tolerant, & proferendos Deo filios intra vterum charitatis portant, in edenda enim prole plus matres laborant. Is debet spiritus esse, ea charitas Orationis Christiani erga suos Auditores, vt ex affectu interno cordis, & in visceribus Christi dicere queat, me, putate matrem vestrarum animarum esse, & ita vos velle componere, vt in vobis nec macula, nec ruga possit ante Tribunal æterni Iudicis apparere, animabus autem vestris, non solum ornamenta, sed etiam medicamenta prouidere desiderans, studeo diffusa confuere, conscissa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare perditam, & ea quæ sunt integra spiritualibus margaritis ornare hanc doctrinam debet Ber. matres vos, fouendo, patres corripiendo exhibeatis, cur morsus à serpente paruulus, fugit conscientiam Sacerdotis, ad quam eum magis oportuerat tanquam ad sinum recurrisse matris? Huius admonitionis, quæ maximi est momenti, Concionator præsertim in arguendis peccatis meminisse debet. Hac virtute D. Dominicum præditum imprimis fuisse constat, qui interrogatus, quæ ratione tot animas Christo lucrifaceret, Respondit, se ea quæ prædicabat, in libello charitatis, & sancti Spiritus inuenire

Lib. 3. c. 9.

Sit Concionator vt mater.

Sup. Cant. Ser. 25.

Sup. Cant. Ser. 25.

Zelus salutis animarum. Cap. XI.

EX ea, quam supra diximus, erga Deum charitate, & ea, de qua proximè egimus, ad proximos habenda, orietur in Prædicatore feruens quidam zelus salutis animarum, quo inflammata ipsius oratio eorum, qui audient, animos & corda succedet, & fructus vberes reportabit. Hæc est Sartago ferrea, quam iussit Deus Ezechielem assumere, ac ponere tanquam murum ferreum inter se, & Ciuitatem. Per Sartaginem ait Greg: frixura, per ferrum vero fortitudo ostenditur. Quid autem ita magistri atque Doctoris mentem, quam zelus Domini frigit & excruciat? Hac nimirum frixura incensus Moyses orabat, aut parce huic populo, aut dele me de libro vitæ. Et ante omnes Christus Dominus, qui hoc zelo inflammatus, exinanivit semetipsum vsque ad mortem, pro animabus nostris saluandis,

Ezech. 4.

Lib. 1. in

Ezech.

Hom. 12.

Ezech. 32.

mandis, ut suo nos exemplo doceret, nullum subterfugere laborem, omnem iniuriam, omne priuatum incommodum salutis animæ vnus posthabere: ut sicut ipse pro vna duntaxat animâ, si opus fuisset, quod pro omnibus passus est, exsoluisset; ita nos omnium animas ex zelo iuuare conemur nulla facta animarum acceptione, sicut est nulla distinctio. Zelus iste, de quo loquimur, est calculus ille ignitus de altari sumptus, quo vnus ex Seraphim Isaiæ labia purgauit, quo, qui fuerit similiter accensus, efficaciter corda audientium inflâmbat. Nec ferè quicquam est, quod auditorem magis permoueat, quàm si aduertat, concionantem solo Dei amore & suæ salutis duci. Hoc zelo armatus & animatus Paulus dicebat: Optabam, anathema esse pro fratribus meis. & iterum: Quis scandalizatur & ego non vror? Et plane verissimum est illud Greg. Nullum Omnipotenti Deo maius sacrificiû offerri posse zelo animarum. Intelligat autem quilibet, zelum hunc à se ipso incipiendum esse ei, qui prius lucerna ardens sibi esse debet, quàm proximis sui ardoris radios ac lucem communicet: ita ut quod in alijs sollicitè optat, in se ipso primum exequatur.

Ad hunc autem zelum excitandum plurimum confert si hæc apud se diligenter perpendat. Primo Dei maiestatem, ac bonitatem infinitam omni adoratione, & amore, ac veneratione dignissimam: vnde sequetur, ut vehementer animò angatur, quod talis tantusque Dominus à tam paucis colatur, & ametur; cuius rei concepta indignitate exclamabit, obstupescite cœli super hoc. Secundo si sub aspectum mentis sibi subiiciat, tot tantaque hominum flagitia, ac scelera totum per orbem terræ, non Ethnicorum modo, & Hæreticorum, sed etiam eorum qui Christiani, & Catholici nominantur; ex quorum infami & horrendo aspectu, considerans tam multas, & adeò grauēs iniurias Deo irrogari, tantam animarum pereuntium stragem, non poterit non deplorare cæcitatem eorum, qui tantam calamitatem nec agnoscunt, nec dolent; nec poterit simul non excitari ad succurrendum quacunque re possit, ad vociferandum, ad circumueidendum, ad omnia demum tentanda, ut malum adeo tetrum ac miserandum leuet. Quis enim si prophannari sacros calices, si venerandas Christi, aut Beatissimæ Virginis imagines, impiè lacerari, ac proculcari videat, non exclamet, non prohibere nefas conetur? quis fratri suo, vel patri in vndis pereunti, manum non porrigat, vel à feris, aut latronibus circumsepto opem segniter ferat? Et nos Deum nostrum de spi-

despici; vna eius templa, quae sunt animae fidelium conspur-
cari: Nostros in Christo fratres in faucibus infernatu bestiaru
videbimus, & cessabimus? Tertio animaduertat, quod labo-
res subeant, & quanta sollicitudine angantur, tam multi in re-
rum cura mortalium. Quid non subeunt medici, vt perituris
corporibus breuem lucis vsuram prorogent? Nonne animaru
salus nobis tanto magis cura esse debet, quanto anima corpo-
ri praestat? quanto etiam merces aeterna Concionatori parata,
omnes superat caducos quaestus? Imo vero etiam cogitet, qua
multa patiuntur auari cumulandis intenti opibus, milites ina-
nis gloriae studio, ambitiosi in Principum aulis, honorum, ac di-
gnitatum, & videat, quid equum sit facere nos, qui ad hoc mu-
nus adiuuandi animas vocati sumus, ad hanc tam nobilem
mercaturam, Dei militiam spiritualem, & aeternas dignitates
promerendas.

Quarto, Sed nihil magis ad zelum animarum incitare nos
poterit, quam si animo voluamus, Dei filium e caelo lapsim,
triginta tres annos laborasse, regnum Dei per vicis, & Ciui-
tates praedicasse, eum tanto zelo, & amore mortuum esse, om-
nia quae habebat eis dedisse: & corpus suum sanctissimum, &
aliorum sacramentorum medicinas, ac praesidia reliquisse.
Quid non pro eisdem animabus faciet, qui Christum Dominum
verè diligit, & eum tam liberalem, ac prodigum erga animas
fuisse cognoscit, non aliam ob causam nisi quia zelus domus
Domini comedit eum? Hac omnia si diligenter perpensa fuerint,
zelum in pectore boni Concionatoris magnum excitabunt, &
reddent eum strenuum, ardentem, sollicitum in procuranda
aliorum salute: & fiet similis animalibus quae describit Eze-
chiel, quae erant plena oculis ex omni parte, & omnibus mem-
bris; & ibant, & ambulabant, & non reuertebantur. Vnum ex
his sanctissimis animalibus, fuisse Seraphicum Franciscum co-
gnosces inter alia, ex his quae D. Bonauentura de eo refert.
Animas (ait) Christi Iesu sanguine pretioso redemptas, cum
cerneret inquinari aliqua sorde peccati, tanta miserationis te-
neritudine deplorabat, vt eas tamquam mater in Christo, quo-
tidie parturiret, & subdit, hanc in eo fuisse causam praecipuam
venerandi verbi Dei ministros, quod semè fratri suo defuncto,
Christo videlicet, pro peccatoribus crucifixo, per ipsorum con-
uersionem, & pia sollicitudine suscitent, & sollicita pietate gu-
bernent. Videat, tamen prudens Concionator, ne deceptus
eo zelo, qui non est secundum scientiam, fiat se rapi extra
limi-

Zelus Christi
domini pro
animabus.

Cap. 8. de
Vita San-
cti Franci-
sci.

Zelus qui no
est secundum
scientiam.

limites recte rationis: sine qua indiscretus zelus quorundam & ipsis valde noceat, & alijs plurimum obesse potest: de qua re suo loco plura dicemus.

Spiritus humilitatis. Cap. XII.

Cum Prædicationis officium per se satis illustre sit, atque externa facie speciosum, eo quod vnus coram tota concione loquatur tacentibus vniuersis, & solus tam multorum aures, etiam virorum grauium, & Doctorem, & Principum contineat; Ideoque non tantum laudibus hominum, sed quod est periculosius, assentatorum fallacissimis vocibus pateat, propterea in Concionatore veram cordis submissionem apprimè necessariam esse, quis non videt? quam tutissimum virtutum omnium thesaurum vocat Bas: custodem pudicitiae, & matrem patientiae

De constit. mon. c. 17.

De ord. vita.

Collat. 19. cap. 12.

Lib. 27. Mor. c. 27.

Serm. 7. de Epiph. Do mini.

In ps. 50.

ab. 8. p. 2.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Aug. de Doct. Chr. l. 2. cap. 6.

Lib. 5. hist. Eccles.

Ber. totius spiritualis structure solidissimum fundamentum Casti-
Summa cura inquit Greg. prouidendum est, ne accepta fa-
pientia, cum ignorantiae tenebras illuminat, lumen humilita-
tis tollat: vt iam sapientia esse nequeat, quæ etsi virtute locu-
tionis fulgeat, elationis tamen velamine cor loquentis obse-
rat.] Præclare S. Leo, Tota dilectissimi Christiane sapientia di-
sciplina, non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, ne-
que in appetitu laudis, & gloria, sed in vera & voluntaria hu-
militate consistit: Quam Dominus Iesus Christus ab vtero
matris, vsque ad supplicium crucis, pro omni fortitudine &
elegit, & docuit.] itaque præmuniat sese facer Orator, & armet
frequenter contra elationem, arrogantiam, iactantiam: quæ
multo est perniciosior, cum in suggestu ipso oppugnat, & vincit.
Docet hoc periculum, Augustinus eaque re feliciores, qui au-
diunt, quam, qui loquuntur appellat; Qui enim, inquit, discit,
humilis est, qui autem docet laborat, vt non sit superbus: ne
malè placendi affectus, irrepât: ne Deo displiceat, qui vult
placere hominibus, magnus tremor est in docente, fratres
mei, magnus tremor est noster in his vocibus nostris, credite
cordi nostro, quod videre non potestis, scit ipse, qui pro-
pitius sit nobis, cum quanto sub illo tremore ad vos loqui-
mur.] Hunc tremorem studeat Concionator in animo fir-
miter custodire, qui adeo necessarius est, vt primum ad sapien-
tiam gradum idem Aug. illum faciat. De Origene scribit Ni-
cephorus, cum martiri subeundi amore incensum, incredibili
etiam iuuandi proximos cupiditate flagrantem, plurimos ac
maximos Christi causa suscepisse labores, quin etiam aperto
vitz

vita discrimini obiecit se, cum perfossis, ac perforatis con-
clauium parietibus; ex alijs ædibus, in alias aedes sese concio-
nabundus insereret; hic tamen sibi ipsi minus precauens, vir-
tutique suæ nimium confidens, in multos errores miserrimè
incidit, & de sua salute incertos nos, dubiosque reliquit. Itaque
qui stat, videat ne cadat.

Si quis autem signa maxima huius virtutis a me querat, vt
quisque de se ipso iudicium ferre possit, ex Alberto Magno hæc
consideret. Humilitas, inquit, vera & perfecta est, cum exhi-
bita gloria contemnitur, nec exhibenda appetitur. Verus hu-
milis semper timet ne sibi aliqua gloria exhibeatur, & cum
sibi exhibitâ fuerit, expanescens, medullitus contristatur. Ve-
rus humilis nunquam de aliqua gloria, vel gratiâ gloriatur,
nisi ex hoc audientibus confidentiam ad Deum præstare inten-
dat. Verus humilis, nec maiori, nec minori, nec æquali se com-
parat; imo nullum inferiorem se credit, nullum omnino sper-
nit, & se solum ex corde despicit, & ab omnibus despici feruē-
ter appetit, gaudetque cum despectus fuerit, talis nullam ti-
met contumeliam, quia nullam amat gloriam. Sed non est
hic locus multa de virtutibus disputandi. Illud potius videam-
us quemadmodum hic spiritus veræ humilitatis, tum Dei
causa, tum auditorū, tum ipsiusmet Concionatoris sit illi per-
necessarius, vt aptum fiat instrumentum ad suum munus ritè
obeundum.

Ac primum quidem, cum fructus concionis à Deo pendeat
magis, quam ab humana qualibet industria, satis patet plus il-
li à Deo concedi gratiæ, qui in spiritu humilitatis ei se offert,
qui nihil sibi arrogat, sed à Patre luminum quicquid boni est,
expectat; qui persuasum habet, vt ipse intelligat euulgetque
appositè, quæ dicturus est, non suæ sapientiæ, sed Dei clemen-
tiæ esse. Certa est Christi sententiâ apud Mattheum Confiteor
tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus,
& reuelasti ea paruulis: ita Pater, quia sic placitum est ante tei
Rursum vt cum spiritu spiritualia loquatur, non efficiet sine
Spiritus sancti opè: Sed super quem (ait idem Deus per Isaiã)
requiescet spiritus meus, nisi super humilem, ac tremientem
sermões meos? Mos est hic perpetuus Dei, infima, & contem-
ptibilia mundi eligere, vt confundat fortia, nempe vt offen-
dat se esse operis effectorem, cui facile sit saluare aequè in mul-
tis, atque in paucis: quique his aut illis vtatur adminiculis,
non quia indigeat, sed quia velit: Sicut muri Hierichontini tū-
barum

Originis ex-
plum formi-
dandum.

Signa humili-
tatis.
In Parad.
anima c. 2.

Probatur ra-
tionibus quæ
sunt necessaria
Oratori hu-
militas.

Primo res-
pectu Dei.

Cap. II.

Is. 66.

1. Cor. 1.

Reg. 17.

22: vltimo
-imro: auq
-mabab

Exemplum
S. Francisci.

1.27. Mor.
cap. vlt.
Iob 37.

barum sonitu, non autem bombardarum, aut machinarum, ictibus ceciderunt. Holofernes & Goliath; superbientes, ceteros aspernabantur, & tamen eorum alter per manum mulieris occisus, alter lapide, ac funda deiectus est: sed vt hæc, & alia omittantur, in terrarum orbis, piscatorum, & scenofactoris voce subactus est. Humilitas opis diuinæ efficacissima est conciliatrix. Ipsi illi humilium exemplari clarissimo D. Francisco obfuit aliquando concionem accuratius præparasse, vt experimento disceret, quanta sapientia esset, nihil sibi tribuere, nihilque confidere. Mirè hunc locū illustrant, quæ scribit S. Gregor. super illa verba Iob. Et non audebunt contèplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. Vbi docet omnia Dei dona, omnesque virtutes pessum ire, nisi adsit humilitas: vnde fit, inquit, vt accepta virtus, dum in vsu transitoria laudis assumitur, quia vitio militat, virtus non sit. Bene ergo dicitur, non audebunt contèplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes, contèplari enim Dei sapientiam non possunt, qui sibi sapientes videntur, quia tanto ab eius luce longe sunt, quanto apud semetipsos humiles non sunt: quia in eorum mètib; dum tumor elationis crescit, aciem contèplationis claudit, & vnde se lucere præ cæteris æstimant, inde se lumine veritatis priuāt. Si igitur veraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contèplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus, relinquamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem facultatē. Est æquissima pœna superbi concionatoris, vt ne sua quidem sapientia compos sit, nec intelligat quæ profert, sicut scriptum est, Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. Vbi sapiens? vbi Scriba? Talis fuit pœna Hebræorum, qui nimium sibi ipsis confidentes, meritò a Deo derelicti sunt, & exæcati. Talis illorum veterum, qui apud Ethnicos appellabantur sapientes, de quibus Paulus ait: Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est inspiens cor eorum. Talis & nostri temporis hæreticorum, inter quos Lutherus, non dubitat arrogantissimè profiteri, in seipso esse Spiritum sanctum, quæmadmodum in Sanctis Ecclesiæ Doctoribus, quid autem mirum, si datus sit in reprobum sensum, cum superbia hominem à Deo apostatate faciat? Deinde auditorum causa necessariam esse hanc sui submissionem dicebam. Natura enim ita comparati sumus, vt facilius omnes arrogantes, ac tumidos, sicut contra facile cedimus

Pœna superbi
Concionato
ris.
1. Cor. 1.

11. qno
Cap. 1. Rõ.

Respectu au-
ditorum.

dimus his, qui submissè gerunt se, ac modèstè, vt certum sit superbos, non solum Deo esse odibiles, sed & hominibus. Nimirum libenter nemo contemnitur. Omnis autem superbia contumeliosa est: voluntque homines parere magistris non seruire: duci, non agi. Itaque nemo amicè obediens aures præbet ijs, qui nimium sibi tribuunt, & tanquam superiores cum potestate imperium quoddam sibi in omnes arrogant. Contra vero nihil amabilius sincera animi submissione, præsertim in magnis viris, quos aliundè populus suspicit. Illam enim maiestatem suauissimo quasi colore aspergit ipsa hominis modestia; & excelsitatem, ac præstantiam, quasi ad planum, æqualitatemque, & usum inferiorum deducit. Idcirco caueant dicto, facto, aut indicio vilo præbere vilius contumaciæ signa, præsertim quando cum humilibus, ac pauperibus seu rusticanis hominibus agunt. Hi enim quo opportuniore contemptui sunt, eo pronius in eam partem signa interpretantur, & implacabilius offenduntur. Nec raro fit vt velleuissima significatio, qua se homines contemni, aut paruipendi suspicantur, multorum laborum fructum corruptat.

Adde tertio, & sui causa Concionatori hanc virtutem summè cordi esse debere, ne, si vanitati & arrogantia feruiat, quicquid poterat recipere mercedis, amittat; neque aliquid emolumentum apud Deum ex suis laboribus, ac vigilijs, studijsque reportet, sed inanem solum auram apud populum. Hoc Christus Phariseis crebrò, & serio inculcat: Omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus, & volunt vocari Rabbi, & amant salutationes in foro; contra quos iam est lata sententia. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.

Tertio respectu ipsius Oratoris.

Matt. 23.

Humilitatem assequendi modus. Cap. XIII.

VT autem virtutem hanc tam illustrem noster ecclesiastes consequatur. Primo sapissimè eam, atque enixè a Deo petat. Secundo D. Paulum imitetur, qui sæpè repetebat, blasphemus fui; Non sum dignus vocari Apostolus, persecutus sum Ecclesiam Dei. nequaquam bona, quibus abundè erat cumulatus, ante se ponebat, sed præterita vitæ peccata. Idem faciat Concionator indignissimum se eo munere sentiens, vitia sua coram Deo consideret, attendat negligentias multas, quas in hac tam graui prouincia committit, & accuset, arguatque se ipsum. Tertio, nunquam suas actiones commendet, neque ab alijs

Primo.

Secundo.

Tertio.

alijs

Quarto .

Monitio Beati Francisci.

alijs velit laudari, neque repetat aliquid, quod sibi placuerit inter concionandum. Quarto non quærat loca vbi sunt nobiliores, vel plures auditores, sed omnino permittat alijs hanc curam, & quod ad se pertinet, eligat potius pagos, quam amplas vrbes. Addam, & hoc loco verba B. Patris nostri Xaverij, quæ legi in quadam eius epistola ad Patrem Gasparem; Ad Christianam, inquit humilitatem comparandam cum in ceteris, tum in concionandi munere, caput est, Deo bonorum omnium fonti, quicquid inde fluat boni, acceptum referre; memor quicquid in concione pij, reſque expreſſeris, nequaquam esse tuum, sed ore tuo loquentis Dei. Nec quicquam tibi tribue præter delicta, ſocordiam, elationem, ingratumque animum in Deum, in populum in ſocios, quorum deprecatione, non tuo merito, talentum communicatum tibi est a Deo. Et ſubdit; Illud enim uero te meminisse uelim, ac ſæpius animo repetere, multos concionatores apud inferos cruciari, qui plus habuerint uel copiar, uel leporis in dicendo, quam tu, pluresque a ſcelerata uita ad honeſtam, piamque traduxerint; & quod monſtri ſimile est, cum plurimis ſaluti fuerint, ipſi tamen miſerrime periere. Cur ita? nempe ob eam maxime cauſam, quia ab elatione, & arrogantia inſolentes, diuina bona non Deo retulerunt accepta, ſed vindicarunt ſibi, quocirca humana auidos laudis, uanaque ſui opinione inflatos, inſana gloriæ cupido præcipitem in locum prouexit, unde in exitium ruerent ſempiternum. Proinde de ſe quiſque colligat, ſuisque conſulat rationibus.

Denique cõcludant hoc caput duo grauiffimi Patres Chryſoſt. & Auguſt. quorum ille multa contra inanem gloriã reſponſa media habet. Probat primum nil eſſe cupiditate inanem gloriã ac laudum peius, & ſubdit elegerim potius innumerorum barbarorum ſeruitutem, quam ſemel unius inanem gloriã, neque enim captiuus, illi, ſuis talia præcipiunt, qualia ſubditis ſuis iſta iubendo mandat. Omnium, inquit, ſeruus eſto, animam contemnito, uirtutem negligito, libertatem rideto, ſalutem tuam deſtruito, & ſi bonum quid feceris, non ad hoc facito, ut Deo placeas, ſed ut multis oſtentes, & coronam quæ benefacienti manet perdas. Quid quaſo poterit hiſce præceptis crudeliter fieri? Deinde addit, Quod malus planè ſit hic morbus, manifeſtum eſt, quomodo autem illum eſſugiamus, neceſſe erit, ut dicatur, maxime ſanè ſi tibi hoc potiſſimum perſuaſeris, ne præ hunc morbum eſſe grauem, optimè iam correccionis initium feceris; tum enim ægrotus conſeſtim de medico cogitat, cuius ante

Hom. 17.
in Ep. ad
Rom.

Optima Do-
ctrina Chri-
ſoſtomi con-
tra Vanaglo-
riam.

ante omnia, primum agrotare se cogitauerit. Quod si & aliam
 viam, qua morbum hunc effugas, quaeris, respice ad Deum
 continuo, & ea quam ab illo expectas, gloria contentus sis.
 Si quando te morbus hic titillauerit, vt conferuis tuis, que
 recte facta gesseris, gloriando naires, rursus cogitans, quod
 nihil inde fructus, etiam cum dixeris, sis accepturus absurdam
 hanc concupiscentiam, extinghas animam tuam, in hunc modum
 immurmurans, Ecce tantum temporis parturiedo laborasti,
 vt que recte gesseras alijs inuulgares, & cum tantum tempe-
 rantia non haberes, vt silentium seruares, omnibus ea obtru-
 fisti, iam dic quæso, quid utilitatis amplius inde caperis, nihil
 planè nisi extremum damnum, nimirum, quod ignita facta sunt
 omnia, que magno labore congefferas, post hoc, & illud per-
 pendas quod multorum sententia sit corrupta, corruptumque
 iudicium, imò non solum corruptum, sed & quod subito mar-
 cescat, nam etiam si ad horam admirentur, puncto tamen tem-
 poris vix præterito, omnium obliuiscuntur, quamquam etiam
 si manserit, multa tamen miseria fuerit, diuina illam, ista
 commutasse. Si vero mirum videtur, quod dico audi Christum
 idem exsententem, Vae vobis, (inquit) dum benedixerint vobis
 homines; Si enim cum iis arti non quosuis, sed ipsos opifices
 indices requiris, quomodo virtutis probationem multis com-
 munitis, & non vni illi præ omnibus, qui cum omnia sciat, so-
 lus etiam vel exturbare vel coronare potest. Hoc itaque Chri-
 sti verbum inscribamus & parietibus, & ianuis, & menti, dica-
 musque continue nobis ipsis: Vae nobis, si quando laudauer-
 rint nos omnes homines, nam ipsi etiam laudatores te postre-
 mo, velut vapi honoris, præconijque, quod ab ipsis fit, stultè
 amantem vituperabunt. In lege totam hominiam, & pleraque
 inuenies similia ego quidam plura hic adscripsi, quod cum totus
 tus locus verè aureus sit, ipsa etiam pretiosa longitudo est,
 sed audiamus iam paucis Augustinum. Non aliam, inquit, ad-
 capeendam, & obtinendam veritatis viam munias, quam
 que iungita est ab illo, qui gressum nostrorum, verus Deus, &
 videt infirmitatem. Ea autem prima est humilitas, secunda
 humilitas, tertia humilitas. Sic fiet, vt illud Anna implea-
 tur; Sterilis peperit plurimos, & que multos habebat filios,
 infirmata est.

Luc. 6.

Ep. 56. ad
 Dioscorum.

H 321

multis in bono... Spiritus paupertatis. Cap. XIV. sup. vni...

Christus Dominus, siue Apostolos, siue septuaginta duos discipulos ad euangelizandum missurus, post propositam praedicationis materiam paupertatis praecipit maxime videatur inculcasse, iubens etiam eosdem solo cibo, quicumque apponeretur, esse contentos, Qui tamen priuilegio S. Pauli magnanima charitas renouauit, cum ne vlli grauis esset, manibus suis operaretur, vt plane admirandum sit, totius orbis magistrum, qui ne baptizandi ministeriu incumberet, quo impediatur ad praedicationis ministeriu incumbere, tam laboris operis, manu sua faciendi, vltro, ne cui molestus esset, assumpsisse, cum tamen potius in eos a quibus quippiam accepisset, videretur beneficium collaturus. Tantum scilicet intelligebat in Paupertate esse momenti, ad fructus praedicationis propagandos. Et sane cum totius sint vulgo homines in habendi cura, vix vllam in seruis Dei virtutem, aequam admirantur, atque abstinentiam ab ijs rebus, quas ipsi vsque adeo desiderant, itaque tamquam Angelos, si fieri posset, oporteret concionatores terrarum orbem peragrare, omnium rerum terrenarum onere expeditos, vt tanto libentius audiretur, a populis, quibus to clarius cernerent, non querere, ipsos, quae sua sunt, sed, quae in latis aeternae ipsorum. Illustris est ratiocinatio Bernardi, si Sacerdos pastor est (inquit) & populus oues, dignum est vt in nullo appareat ouibus pastor dissimilis? Si instar mei, qui ouis sum, pastor meus, & ipse incurans graditur, vultum gerens, deorsum, & terram semper respiciens, & soli ventri, meae ieiunus, pabula querens, in quo discernimur? Vt si uenerit lupus, non eris, qui praenideat, qui occurrat, qui eripiat, Decet ne Pastorem more peccatorum, sensibus indubare corporeis, haerere in finis, inhiare terrenis, & non potius erectum stare vt hominem, caelum mentem suspicere, quae sursum sunt querere, & sapere, non quae super tectis? Exemplo nobis esse possunt, Tum plerique aliarum religionum primi sectatores, Tum nostrae Societatis antiqui Patres, qui propterea tantum proficiebant in initio, non quod singularia alia quod dicendi genus afferrent, sed quod inter ceteras virtutes illustria perfectissima paupertatis documenta praebent, cum Xenodochijs diuersantes, & emendicata stipe victitantes, quod & in aliarum religionum principijs, aperte ex earum Chronicis manifestum fit; ob hanc eandem edificationis causam, & rerum

Exemplum Pauli.

Ep. 42. ad Episcopum Senonensem.

de. 27. 48

rerum terrenarum contemptum; Et hæc inter cæteras causa fuit N.B.P. Ignatio, cur nollet à suis, ne eleemosynas quidem pro concionibus cuiusvis generis accipi. Sed quid mirum, inter Christianos tantum esse authoritatis paupertati? Audi Senecam, & quidem Epicuri vocem laudantem, magnificentior, (mihî crede) sermo tuus, in grabato videbitur, & in panno; Non enim dicentur tantum illa, sed probabuntur. Ego certe aliter audio, quæ dicit Demetrius noster, cum illum vidi nudum, quanto minus quam stramentis incubantem: tunc enim non præceptor veri, sed testis est.]

Verum quia non eadem est omnibus Euangelij præconibus pars virium, & valetudinis firmitas, & alia alijs necessaria subsidia sunt, unusquisque tamen suspectus sibi sit, & studeat erga spiritum paupertatis, propensionem habere, ac sibi persuadeat, si superuacua commoda recidantur, reuera per pauca satis esse naturæ, quæ paucis contenta viuit: & omnino credat, Apostolica, & Euangelicæ prædicationi, paupertatem, claræ, & familiarem esse debere; vt mirum non sit, si multi interdum quamuis magno labore, non multum proficiant, cum iam soli laborent, Christo operis huius authori non ritè connexti. Sit ergo Euangelicus Prædicator, ea contentus simplicitate victus & indumentorum, quam Apostolici muneris conditio postulat. Religiosi nihil inter suos singulare velint; nihil aut in sbris, aut in sacris imaginibus, aut reliquiarijs supra communem modum spectabile, aut prætiosum. Nec cum apud Episcopos, aliosvè concionum gratia (vt sit) diuersabuntur, vllò modo sinant sua causa magnos fieri sumptus, siue in mensa, siue in domicilio, aut vllà re. Certo etiam sciant, si dona repudientur neminem offensum iri, sed maiorem ædificationem ac fructum inde consequuturum. Instrumentum item viatorum vulgare sit, nec itineris faciendi gratia alia querantur, nisi quæ ad vitam pauperum modo, sustentandâ sit satis. Nec vero videbimur hac re nimium seueri, si cogitetur muneris huius perfectio, si forma quam tradidit Christus Apostolis, & quæ ipsi Apostoli tenuere, si denique virtutes quas ipsi Prædicatores tractant, in quibus est paupertatis Euangelicæ commendatio, & rerum terrenarum contèptus. si denique quantam vim habeat ad persuadendum veri pauperis Oratio. Debet igitur Euangelicus Concionator optimè affici ad spiritum sanctæ paupertatis, & cauere: ne ea, quæ tanquam murus religionis dicitur, detrimenti quippiam patiatur.

H 2 Præ-

Epist. 10.

In quo paupertatem tenere oportet.

Malū exem-
plum in hac
re quantum
noceat.

Lib. 5. c. 23
de spiritu
Gastrim.

Præter alia damna plurimum in religiosis familijs nocent exempla, serpuntque contagij modo. Nihil enim est tam proclive, quam ut quod in alijs videmus, & ipsi velimus. Nec causa idem volendi deest, cum ad eodē sit cauillatrix commoditas. Multi præterea grauius offenduntur, ac stomachantur, dum vident quosdam eorum de numero esse, qui grauius alligant onera, nec digito suo volunt ea mouere. Itaque fidelis præco virtutum, sicut verbo alijs præit, ita exemplo præluceat domi, forisque & sibi accomodet illud Cassiani, Quodcumque extra consuetudinem præsumitur, vsumque communem, vanæ gloriæ atque ostentationis morbo pollutum, antiquissima Patrum traditio notat. Sed iam de recti cura exempli nouo instituto capite differendum est.

Conuersationis bona exemplum. Cap. XV.

Hom. 15.
in Matth.
Hom. 13.
in Gen.

Bonum exem-
plum quantū
vim habeat.

Opinio virtu-
tis quæ ora-
tori necessa-
ria.

Quam sit necessaria Oratori Christiano vera, & solida virtus, à nobis dictum est hæcenus: verū quia sanctitas, non illi quæcumque satis est, sed quæ etiam foras emanet: Placeat, hic de recto exemplo separatim differere, quod, tum domesticis cum quibus versatur, tum cæteris præbere omnibus debet. Nam quamquam huius rei sæpè ante incidit mentio, tamen grauitas ipsius postulat, ut ea quoque propriè, planiusque tractetur. Rectè enim Chris. iudicat, Omni tuba, documenta operum clariora esse vitamque mundam ipsa luce clariorem: & multo fidelior, inquit, & certior doctrina operum quam sermonum. Nam qui talis est, etiam silens, & cum non videtur docere potest, & alios quidem, qui illum vident, alios vero, qui de illo audiunt: & multa fruetur Dei gratia, non solum propter se, sed & propter alios, qui illum vident, & incitantur, ut glorificent Dominum. Talis per mille linguas, & multo plures gratias, & laudes referet Deo. Neque enim noti soli, testes sunt vitæ illius, & ipsum mirantur, ac ipsum Dominus, sed & qui non cognoscunt, & ab alijs discunt, & qui valde procul habitant, & non amici soli, sed & inimici reuerbuntur virtutis eminentiam.

Cum igitur duæ præcipuè res auctoritatem sua oratori necessaria colligant, scientiæ, ac virtutis opinio, ut confidant quos adhortatur, nec falli eum, nec velle ipsos decipere, manifestum est, probitatis opinionem apud quosuis, sed maxime apud Christianos auditores, longe necessariam magis. Nam cum

cum fidei res pro concione tractentur, satis ferè norunt homi-
 nes vera dici: neque tam docendi, quam permouendi sunt, vt
 quæ ipsi quoque iam cognouere, atque etiam volunt, sed lan-
 guidè; ea efficaciter velint, agantque. Atqui quanto magis
 populum opinio sanctitatis, quam scientiæ moueat, per sese
 liquet, & apparet ex concursibus, quos ad idiotas, planèque
 infantes, nomine sanctitatis eorum vulgato, fieri videmus, qui-
 bus illa ipsa humanarum ignoratio doctrinarum, augere autho-
 ritatem, ac fidem videtur, quod scilicet quicquid loquuntur,
 traditum ijs diuinitus creditur; & cum veneratione suscipi-
 tur. Hæc ita cum sint, eo debet Concionator vires intendere
 quod summa cum humilitate potest efficere si serio virtutem,
 & Dei gloriam amet vt nullum famæ suæ offendiculum ponat.
 Propterea Christus priuatim Doctores Ecclesiæ instruens dixit,
 Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera ves-
 tra bona, & glorificent Patrem vestrum: Non autem tumi glo-
 rificant homines Patrem cælestem, cum in Concionatore solam
 doctrinæ lucem vident, sed vbi eam animaduertunt bonis ope-
 ribus, & vitæ sanctitate splendescere: cum contra: Cuius vita
 despicitur, nihil aliud restat, nisi vt eius doctrina contemna-
 tur. D. Prosper: Non potest dicere (ait) Sacerdos contempto-
 ribus admonitionis suæ, futurum cogitare iudicium, quod ip-
 se fortè non cogitat, amatoribus sæculi, nolite diligere mundum,
 si eum mundi amor delectat, Ambitiosis, ambitioni finem im-
 ponite, si eum ambitio ruinosâ præcipitat, & quicquid boni nõ
 facit, aut mali committit nec iubebit fieri, nec vetabit, quia
 necessariam docendi auctoritatem contrarietate suæ actionis
 aut amittit, aut minuit.] Chrysost. Neque tam considerantur
 ea, quæ a nobis dicuntur, quam quæ a nobis aguntur. Et vt
 scias rem ita se habere, licet infinities tantum philosophemur
 verbis, & de patientia disseramus: & cum tempus fuerit, eam
 operibus non demonstramus, non tantum proderunt verba,
 quantum nocebunt opera.] Sed intueamur magis ipsam Præ-
 dicatorum formam; Quæcunque sunt vera, ait Paulus, quæ-
 cunque pudica, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæ-
 cunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus Dei, hæc cogita-
 te, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me,
 hæc agite. Vtinam tales simus, vt quæ populi a nobis audiunt,
 eadem intueantur, in nobis: vt cum eodem Paulo dicere pos-
 simus; Deo autem gratias, qui semper triumphat, nos in Chri-
 sto, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.

Matth. 5.

De vi. Cõf.
 l. 1. c. 13.

Hom. 8. in
 Gen. 1. c. 13.

Phil. 4.

2. Cor. 21.

1. Tim. 4. Itaque sibi dictum putet Concionator, quod Timotheo dicitur; exemplum esto fidelium; & quod Tito; In omnibus temetipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, verbum sanum, irreprehensibile: ut is qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens dicere de nobis. Quod omnibus Clericis praecipit
- Sess. 22. c. 1. de refor. Concil. Trid. sibi maxime conuenire credat Euangelicus Doctor, Nihil ait, esse quod alios magis ad pietatem & Dei cultum, assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt, cum enim a rebus seculi in altiore sublati locum conspiciuntur, in eos tamquam speculi reliqui oculos conijciunt, ex eisque sumunt quod imitentur. Quapropter sic decet Clericos ad sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, intellectu, aliisque omnibus rebus nihil nisi graue, moderatum, ac religione plenum praefereant.] *mod. in hoc tract. xii. tit. 2. c. 1.*
- igitur omni cura inuigilandum est ei, qui se proficitur morum magistrum, ut domi, forisque, inter domesticos, & externos, eunctae eius actiones, ac verba, sanctitatem, & bonum nomen redolent. Illa enim ipsa professio facit, ut plus quiddam ab eo, quam a ceteris expectetur, quod si non praestat, tum homines propter rei deformitatem, quasi decepti indignantur. Ac frustra in Concione loquetur, destruens exemplo, quod verbis aedificat. Sic exponit B. Greg. id quod habetur 3. Reg. 3. de muliere quae filium, quem lactabat vigilans, dormiens interemit, quia Magistri vigilantes quidem scientia, sed vita dormientes, auditores suos, quos per vigilias praedicationis matriunt, dum quod dicunt, facere negligunt, per somnum temporis occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere verbositate lacte videbantur.] Et alibi egregie docet, hos Praedicatorum contra se ipsos, ferre sententiam; Viri inquit, arrogantes, & docti cum recte non viuunt, & tamen recta dicere doctrina impulsionibus compelluntur, ipsi damnationis suae aliquo modo praedicones fiunt, quia dum ea quae agere respuunt, praedicantes insinuant; suis se vocibus damnatos clamant.] Et interpretatur in eos illud Psalmi Conuersi sunt in arcum prauum; Arcus quippe peruersus (ait) ipsam a quo intenditur, percutit, in dictis autem suis arrogantium lingua arcui peruerso sunt similes, quia dum contra elationem verba faciunt, in suis authoribus sagittas figunt.] Eadem Chrysostr. docet multi sacerdotes & pauci sacerdotes, multi nomine, pauci opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram, quia cathedra non facit sacer-

Exemplum
lum Praedica
toris obest.
l. 21. Mor.
cap. 8.

l. 27. Mor.
cap. 27.

Dist. 4. cap.
multi.

faciendotem, sed sacerdos cathedram: Non locus sanctificat hominem, sed homo locum, qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa, qui male sederit, iniuriam facit cathedra: Ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo erimen acquirit non dignitatem; in iudicio enim sedens, si quidem bene vixeris, & bene docueris omnium Iudex; si autem bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator eris.] & rursus idem: Qui docet, verborum suorum sit ipse exemplum: ut magis opere doceat quam sermone. Et paucis interpositis dignam Chryostomo profert sententiam; Si in Terra est animus tuus, ut quid de caelo loqueris? Si autem de caelo loqueris, in caelo confiste: ut possis cum Paulo dicere, Nostra conuersatio in caelis est.] Et concludit, Aut ubi stras inde loqueris, aut vnde loqueris ibi sta.]

In 5. cap. Matth.

Nimia familiaritates & crebra visitationes vitandae

Cap. XVI.

Haec ut Concionator facilius obseruet, imprimis multa conuersationis amicus ne sit, quamuis enim eius spiritus non debeat esse supra modum solitudini addictus; & silentio; tamen multo minus debet esse consuetudini secularium deditus; Vbi non agatur de conscientia, vel de spirituali anima profectu, sese paucis expediat, ut solebat ex nostra societate Pater Hieroni. Ottellus, qui concionando in animarum salute multos annos cum magno fructu, & egregie laborauit, adiciens illud prouerbium, Amici fures temporis. Quo pertinere videtur Apostoli praeceptum, In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes. Iuvat hic Senecam audire, Quid tibi vitandum praecipue existimem queris? turbam. Nondum illi te tuto commiseris: ego certe confiteor imbecillitatem meam. Nunquam mores quos extuli refero.] Et mox; Inimica est multorum conuersatio. Nemo non aliquod vitium nobis aut commendat, aut imprimit, aut nescientibus allinit.] Ipse etiam Plato in Timaeo iubet Sacerdotes separatos ab omni turba vitam agere debere. Sancti autem religionis Christianae Doctores, multum grauitatis in Sacerdotis, & praesertim Concionatoris vita requirunt. Vitanda est igitur multa hominum consuetudo, ac frequens, non modo quia teritur frustra tempus, sed etiam quia inter huiusmodi colloquia facile euanescit spiritus ac deuotio. Quin illi ipsi qui nostro vsu

Epist. 7.

Nimia familiaritas sibi & alijs nocet.

id est

H 4 dele-

delectari videntur, paulatim incipiunt bonam de nobis opinionem amittere; verum est vetus verbum Nimia familiaritas parit contemptum: Optima illa tenenda est regula quæ sic habet, cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Præterea periculum est, ne is qui populo frequenter immiscetur, populi mores addiscat, & secularium studiis afficiatur sensim, & inficiatur. Neque enim adeo debemus nobis ipsis fidere, ut non timeamus illud, Commixti sunt intergentes, & didicerunt opera eorum.

Fugiendæ crebrae visitationes.

Ex quibus verbis optimum consilium nobis tenendum est, non debere Concionatores in visitandis viris nobilibus, & multo minus mulieribus esse occupatos, nisi spiritualis necessitas compellat. Neque illud debet apud nos habere multum momenti, quod à quibusdā obtenditur, quod id fieri iudicant oportere ad conservandam horum amicitiam, ut in spiritualibus animarum suarum rebus adiuventur. Nam experientia patet, his crebris salutationibus neque eos multum lucrari, & nos de nostro non parum deperdere. Et planè si prædicationis officium comitari debet (ut supra docuimus) contemplatio, certè huic detrahitur, quod in superuacaneis colloquijs infumitur & attentionis & temporis. Ex quo necesse est officium Prædicatoris ac statum, non integrum permanere. Atque hoc disertè

In 1. Reg. c. 9. exposit. l. 4.

Diuus Gregorius docet. Egressus Samuelis expectetur quia viri sancti in secreto sui silentij venerandi sunt, inquietandi non sunt. Rarò enim (inquit) videbatur in Ciuitate, videlicet, tardè veniens cito recedens quo nimirum magisterio sanctæ Ecclesiæ Doctor instruitur, ut videlicet raro sit in publico, frequenter in secreto, ut quo tardius aspicitur, deuotius veneretur, quia quo amplius in secreto contemplationis latuit, verbi Dei thesauros, ad eos qui se expectant, ditiores trahit, ille enim potest multa bona in infimis dicere, cui per secretum mentis intuitum conceditur summa videre.

Modus conuersandi politicus ut hodie vocant arguitur.

Secundo in seculari consuetudine fugiendus est Concionator agendi modus quidam, qui magis aulicorum, quam Religiosorum proprius est, & eorum qui magis spiritu huius mundi, quam spiritu Dei viuunt: magisque sapit mores quosdā, quos hodie politicos vocamus, quam simplicitatē Euangelicam ac religiosam. Ex hoc genere, ut exempli gratia dicam, est leuis & iuuenilis in familiari vsu libertas, sub prætextu hilaris, & leuiores cuiusdam conuersationis ridicula dicta, ac facta, & lepidas historias intermiscendo, ut hoc modo amicos & viros nobi-

nobiles familiaribus colloquijs detineant. Tenenda est Ambrosij sententia. Affabilitas sermonis ad conciliandam gratiam valet plurimum. sed hanc volumus esse syncerā, ac sobriam sine vlla adulatione, ne simplicitatem: ac puritatem alloquij dedecet sermonis adulatio. Magnus item Bas. Cum quid loquuturus es, ea ex ore tuo profliant, quibus & proximum confoles, & charitatem erga illum tuam magis confirmes, & addit: Idque adhibita quadam festiua Oris hilaritate, vt qui tecum loquitur per te exhilarari se sentiat.

Certē D. Chrysostomus, super illa Pauli verba; neque stultiloquium, neque scurrilitas; ostendit quam sit Christianæ grauitati conueniens, ridiculis abstinere, quas qui legerit, non poterit non mirari, quantum plerique Christiani populi Doctores ab ea grauitate distent, quam ille vir sapientissimus iure ab ipso populo exigebat. Bernardi est sententia, Inter seculares nugæ sunt nugæ, in ore sacerdotum blasphemix, consecrasti os tuum Euāgelio, nugis ergo iam os aperire illicitum est, assuescere vero nugas loqui sacrilegium est, Labia sacerdotis ait Propheta custodiunt scientiam, & ex ore eius requirunt legem, nō nugas, aut fabulas. Qualis autem sermo adhibendus sit, egregie docet idem Chrysost: in ea verba Apostoli, Sit sermo vester sale conditus, siue in animum delicatum inciderit: astringet molliem; siue in confidentem, emolliet duritiem: siquidem gratiosus fuerit, neque onerosus sit, ac durus, neque rursus mollis, sed & quod stringat habeat, & quod iucundum sit, si enim immoderate perstrinxerit, magis nocebit quam proderit, rursus si immoderate gratificabitur, perniciem magis afferet, quam vtilitatem. Itaque vtrinque oportet esse mensuram neque tristis sit ac durus, est enim iniucundus; neque rursus dissolutus sit, contemptui quippè te obnoxium reddet, sed vtrinque quod est virtutis captans, malitiam fuge instar apis, hinc scilicet alacritatem, illinc vero honestam grauitatē desume. Audi & Greg. esto grauis, sed nō austerus, vt neque de seueritate sis oneri, nec de familiaritate contemptui. Et Cypr. Seueritas in vobis circa fœminas vigeat, authoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur. Eadē ratione nullo modo ij sūt imitandi qui horas & colloquia insumunt in rebus curiosis, inquirentes, & referentes quæ neque ad suum statum, neque ad vtilitatem eorum pertinent, cum quibus agunt; similes his de quibus. D. Lucas in Actis ait, Athenienses, & aduenæ Romani ad nihil aliud vacant, nisi audire, & dicere aliquid noui.

A con-

l. 2. offe.
cap. 19.

Serm. de
Abd. rerū.

Ho. 17. in
cap. 5. ad
Ephes.
Sermo qua-
lis in Con-
cionatore.
l. 2. de cōf.

Ho. 11. in
c. 4. ad Co-
loss.

l. 20. Mor.
cap. 3.
De sing.
Cler. sub
finem.

Act. 17.

A conuiujs, spectaculis & negotijs secularibus abstinendum. Cap. XVII.

Tertio, ob easdem causas putarim communiter vitanda conuiuia secularium, nec ea nisi raro adeunda. Nec ratio obscura est. Si enim raro debet Concionator apparere in publico quanto minus in conuiujs, vbi omnia illa, quæ nimia conuersationis, & multo plura sunt damna? Quin ipse Dominus vetuit circumcursare per domos, sed voluit discipulos in eadem manere domo, in quam primo ingrederentur. Exempli vero Christi & Sanctorum, qui conuiujs non modo interfuere aliquando, sed vltro se etiam obtulere, eo valet, vt cum ingens apparet per eam occasionem animas lucrandi spes, non subterfugiat occasio; quæ spes vbi magna non appareat, fugiendum potius est & alienæ & suæ iacturæ periculum. Nam inter loquutiones familiares in mensa, inter conuescendum, & compotandum, eam tenere modestiam, quæ officij ac status dignitati par est, non est cuiusuis virtutis; tum periculum est ne in alterum extremorum incidas, vel vt nimis rigidus habearis ac morosus, nisi te alijs accommodes, vel de bona opinione aliquid amittas, si qua re temperantiæ religiosæ fines egredi videaris.

Quare à conuiujs abstinendum.

Ad Nepot. Ep. 2.

Possid. in eius vita. cap. 27.

Cuius moniti grauitas vt appareat, accipe grauissimorum Patrum Hieron. August. & Ambrosij sententias. Consolator nos (inquit Hieron.) in meroribus suis potius, quam conuiujs in prosperis nouerint. Facile contemnitur Clericus, qui sæpè vocatus ad prandium, ire non recusat: Nunquam petentes, raro accipiamus rogati. Nescio enim quomodo, qui deprecatur vt tribuat, cum acceperis, viliores te iudicat, mirum in modum si eum rogantem contempseris, plus te postea veneratur.] Testimonium Ambrosij & August. simul inuenies in vita eiusdem August. quam Possidius describens sic ait, Seruandum esse in vita, & moribus hominis Dei, referebat (scilicet S. August.) quod in institutis sanctæ memoriæ Ambrosij compererat, vt vxorem cuiquam nunquam curaret, neque militare volentem ad hoc commendaret; neque in sua patria petitus iret ad conuiuium. Quorum etiam rationes has dabat, vt idem refert Possidius scilicet, ne dum coniugati inter se casu iurgarent, etiã maledicerent, per quæ coniuncti essent: & ne militibus commendatus, ac male agens, suam culpam suffragatori tribueret;

bueret; & ne per frequentiam conuiuiorum temperantia amitteretur modus. Hæc de conuiujs neque tamen sanctorum ea est seueritas, vt nunquam velint acceptandum esse aliquod conuiuium vbi alicuius spiritualis fructus spes appareat, (vt diximus) quia contingit aliquando vt quos correctio disciplina tardos facit ad percipiendam veritatis normam, conuiuiorum sedulitas & admonitio blanda ad viam perducatur iustitiæ. Idem sit iudicium cum ad celebritates quasdam prophanas facer magister, imo etiam spirituales, solum spectandi gratia inuitatur. Multoque magis villæ ac rusticatio cum secularibus euitandæ. Veruntamen, vt initio dicebam, neququam ita amanda est solitudo, vt salus proximi, cum se offert occasio negligatur. Neque enim vt ait idem Greg. perfectus Prædicator est, qui vel per contèplationis studium operanda negligit, vel per operationis instantiam contemplananda postponit.] Cum ergo pro ratione muneris sui in beneficium alicuius animæ prodire in publicum cogitur, seruet illam solitudinem, quam Bernardus docet, solus es, si non communia cogites, si non affectus præsentia; si despicias quod multi suspiciunt; si fastidias quod omnes desiderant.]

Quarto seruandum est optimum Gregorij documentum, qui vult Concionatores alienos esse à suscipiendis sæcularium negotijs. Qui, inquit, officium Prædicatoris suscipit, dignum non est, vt onus sæcularium negotiorum portet, nedum hoc eius colla deprimat, ad prædicanda cœlestia non assurgat.] Paulus clamat Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus. Christus noluit inter duos fratres cõponere negotium de hereditate, cum tamen posset alicui videri pertinere ad pacem inter eos conciliandam, sed repudiavit cum diceret, Quis me constituit Iudicem, aut diuisorem super vos? Certe ad nos nequaquam pertinent multa negotia contractuum præsertim rerum ciuiliū. quæ sæpe cum eum euentum non fortiantur, quæ sæculares expèctant, conqueruntur postea de sacris viris, qui se hisce negotijs immiscuerunt. Denique Concionatores, suo debent muneri incumbere, & non ad alia distrahi etiam bona opera, iuxta illud Pauli non misit me Dominus baptizare, sed Evangelizare.

Ex hæc necessaria & cœlesti doctrina, quam hæctenus explicauimus, duo velim, vt noster Christianus Orator apud sese statuat, tamquam axiomata certissima, de quibus nullo modo liceat dubitare. Primum, validiora esse ad persuadendum vitæ sanctæ

A spectaculis abstinentium.

1. 6. Mor. cap. 17.

Ser. 40. in Cant.

Hö. 17. in Euang.

Negotiorum sæcularium cura non admittenda.

2. Tim. 2.

Luc. 2.

In 1. Cor. cap. 1.

1. Cor. 1.

Exempla validiora quam verba.

excm-

exempla; quam verba plusque nos posse proficere virtutum splendore quam sono verborum . D. Franciscus sine dubio plures animas Deo lucratus est bonâ ædificatione suâ humilitatis, ac sanctitatis, quam Concionatores multi doctâ, exultaque facundia; quia Homines, vt ait, Seneca magis oculis, quam

Seneca. Ep.

6.

auribus credunt; Nam virtutem in abstracto constitutam quis videat quis imitetur? At virtute præditum quempiam: homines videndo & audiendo imitari conabuntur. Secundum quod velim ex dictis colligi, & penitus in animû infigi, summa vigilantia curandum, vt ne in minimis quidem proximi nostra conuersatione offendantur. Vix dici potest quantum homines scandalum patiantur leuibus quibusdam culpis Concinatorum, siue ij religiosi sint, siue non, qui præcipua quadam professione diuino cultui inâcipantur. Quorû vel ineptiæ, nugæ, morositas, & alia id genus, profectui populi impedimentum ingens opponunt. Quin adeo non a leuibus modo peccatis, sed etiam sepe abstinendum est a rebus, quas sine vlla vel leui culpa fieri liceat.

1. Cor. 8.

cap. 9.

Cap. 6. &

10.

Audi Paulum, Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æternum; &, Omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi; &, Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Post omnes has a nobis enumeratas Christiani Oratoris virtutes, agendum adhuc esset de eius, qua maximè pollere debet, Prudentia, in plerisque sui muneris functionibus omnino necessaria. Sed quoniam hæc late patet, & copiosam habet in qua sese exercent segetem, Tertiam ei nostræ institutionis partem assignauimus: quare hoc loco nihil erit dicendum.

De prudentia

in tertia parte

agitur.

Regula, Christi Domini his quos ad prædicandum mittebat. Cap. XVIII.

Hactenus ergo de virtutibus Oratoris nostri sit dictum, quæ eo tendunt, vt ad Deum & ad homines optime instrumentum accomodent. Erit fortasse, cui frustra in his tantum operæ insumptum videatur, cum haberemus ad manum germanam euangelizantium formam, quam iam olim Dominus noster, id est sapientia ipsa, ipseque Euangelij author coloribus suis expressit, quæ satis esse poterat si sola proponeretur. Verum nostram sedulitatē excusabit cum grauitas operis, tum iuuandi voluntas, non tam vt ex me audirent Concionatores:

tores; quod ipsis oneris incumberet, quam ex sanctis Patribus acciperent; hoc enim curauimus. Nunc antequam ad ea progrediamur, quæ ad sapientiam euangelici Oratoris spectant; proferamus etiam, & quasi sub aspectum ponamus illud ipsum exemplum, quod cœlestis magister descripsit.

Conuocauit Christus dominus duodecim Apostolos, quos ad prædicandum regnum Dei mittebat; ac primum loca certa in prima illa legatione, quæ adirent, ijs attribuit, nempe Iudææ Ciuitates & oppida, vetuitque in viam gentium abire, & in Ciuitates Samaritanorum intrare, ob causas quas ipse iustissimas iudicauit. Hoc autem Concionatores admonet, ne ipsi sibi ad concionandum pulpita, & Ciuitates eligant: sed intelligant multo esse huic Apostolico numeri congruentius, vt hoc superiorum iudicio relinquunt, & multo libentius suos labores ponant in locis ad quæ mittuntur, quam ad quæ ipsi suo proptere nutu propendunt: hoc est enim esse Apostolum, id est missum; vt profectio videatur Apostolici muneris etiam nomen amittere, qui nutum eius, à quo mitti debuit, aliquo modo præit. Neque Apostoli cum in varias orbis terræ partes ad prædicandum discessere, ipsi sibi regiones delegerunt, sed delectum illum vel in commune consilium retulerunt, vel diuinæ reuelationi, ac prouidentix per sortitionem ac orationes per-

Matt. 10.
Concionatores debet mitti ab alijs.

Act. 1.

Secundo, binos eos mittit ob fraternam charitatem, & consolationem, ait Euth. vt se mutuo in laboribus ac ærumnis iuuarent, vt in rebus agendis & consilio & opera sibi inuicem opem ferrent, Vt soli, ait sapiens, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Ob id maxime curandum Euangelizantibus, vt consensionem inter se animorum conseruent, & alter alterius onera ferant. Adde quod id etiam ad nostræ & virtutis & famæ munimentum pertinet, vt habeamus semper aliquem nostrarum actionum testem, & fidelem custodem. Quæ quidem res vt summi momenti, & exoptanda, & curanda est maxime: Præclarum in ea (vt accepimus) B. Carolus Borromeus, sicut in omnibus alijs suæ virtutis exemplum nobis reliquit. Nunquam enim Sanctissimus Præsul, & nusquam solus volebat esse: sed assidue etiam noctu aliquos habebat inculpatæ virtutis, ac bonæ famæ Clericos, qui ante sui cubiculi fores cubarent.

Luc. 10.
Mar. 6.
Bini mittantur.
Cap. 14. in
6. Marci.
Eccl. 4.

Tertio materiam præscripsit concionum. Prædicate, inquit, dicentes appropinquat regnum Dei. Quibus verbis licet pau-

Tertio materia concionum.

cis,

cis, omnia penè quæ ad materiam prædicandi pertinent con-
 clusit: nam si prædicandum est Regnum Cælorum, profecto ad
 contemptum rerum terrenarum, ac mundi, sunt homines indu-
 cendi; quomodo enim ad futura Regni cælestis bona poterit
 quis aspirare præsentibus & caducis opibus, ac voluptatibus
 inhians? Deinde si finis annunciatur, & æterna felicitas, etiam
 via debet prædicari: hæc autem est penitentia peccatorum,
 his qui à Deo alienati sunt. Quare & Apostoli probe id intel-
 ligentes, cum à Christo mandatum accepissent prædicandi Re-
 gnum Dei, exeuntes ait Marcus prædicabant, ut penitentiam
 agerent, optimè aduertentes, id ipsum esse prædicare Regnum
 Dei, quod Christi exemplo didicerant, qui hinc orsus est præ-
 dicationem, ut diceret penitentiam agite, & appropinquabit
 regnum cælorum. Ergo omnium vitiorum odium, ac detesta-
 tio est maxima Christiani Oratoris materia, & cum his etiam
 virtutes, quæ sunt ad cælum via necessaria. Quod autem Chri-
 stus præcepit, ut prædicarent appropinquare regnum cælorum,
 ad suum aduentum, & incarnati verbi encomium spectat, qui-
 pè per Christi legem & gratiam cepit vita quædam cælestis
 in terris, per quæ eiusdem passionem cælum, iamdiu peccato
 clausum, patefactum est, ut ingressuris nullum esset impedimè-
 tum. Ergo Christum prædicaturi mittuntur Apostoli, ut eius
 posterius ad idem munus destinati, & eius mysteria mundo aper-
 riant, & gratiam Redemptoris commendent.

Quarto .
 Paupertas
 Apostolice .

Quarto post assignatum Prædicatoribus locum, socium, &
 materiam concionum, edocet eos de viatico, quod solent, qui
 ad iter se accingunt ad vitæ necessaria comparare. Nihil, (ait)
 tuleritis in via; Nolite possidere aurum, neque argentum, ne-
 que pecuniam, neque peram, neque panem, neque duas tunicas
 habeatis. Non est huius instituti Euangelicæ explicare
 quæstiones, Verum certum sit hoc præceptum fuisse tempore
 rarum, datum in eam legationem, qua in Iudæa eo tempore
 fungebantur: & nulli dubium sit, Apostolos aliquid tulisse ve-
 rum necessariorum in via, quando inter gentes Euangelium
 prædicabant: tamen certissimum est Christum his verbis, vo-
 luisse omnibus Divini Verbi Prædicatoribus inculcare, quam
 omnino deceat Virum Apostolicum vacuum esse omni sollici-
 tudine rerum temporalium, etiam earum, quæ vitæ necessariæ
 sunt, & in Deum fiduciam collocare eiusque prudentiæ se com-
 mittere, ut credat nihil defuturum necessitatibus corporis, si
 suo bene fungatur officio: quod & alibi Christus significavit,
 cum

Luc. 11.

cum interrogaret Apostolos: Quando misit vos sine sacco, & pera, nunquid defuit vobis? Et in hoc eodem loco suam promittit operam subiiciens. Dignus est enim operarius cibo suo; quasi dicat, non deerit laboranti suis eibus; si tamen suo cibo sit contentus, id est necessario ad vite sustentationem, ac status sui conditionem, qui paupertatem profitetur Evangelicam non ad luxum, aut magnificentiam, more eorum, qui in domibus regunt sunt, & mollibus vestiuntur, aut lautius epulantur. Recte hoc loco Euth. Nihil adeo admirandos reddet Prædicatores, ut vita frugalis, & rebus contenta communiibus.] Paulus ait, habentes victum, & quibusuis tegamur, his contenti sumus. Quid indignius quam sacri hominem Evangelij præconem coram secularibus videre in mensa splendide epulantem?

Matth. 10.

Cap. 19.

1. Tim. 6.

Alia quatuor Christi Domini regula. Cap. XIX.

Quinto, instruit Christus Apostolos de hospicio apud quos, & quemadmodum diuersari eos velit. In Quamcunque Civitatem, aut Castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Duo præcipit: Primum ut non sine delectu in cuiusvis domum diuertant, sed prius inquirent hominem dignum, non qui sit dives, non qui habeat nobile hospitiu, sed qui sit Dei cultor solitus peregrinos suscipere, vir bonæ famæ apud suos ne si contingat adire domum alienius, qui male audit in ea Civitate, vel populus offendatur, vel aliquid ipsorum mores periculum subeant, vel denique necesse sit mutare hospitium, quod prohibet. Secundum enim præceptum hoc est, ut eadem in domo permaneant, neque vagentur de domo in domum, quod posset præbere suspicionem, ait Euth. gastrimargia, quasi delicatiora quererent, & iniuriam facere viderentur priori hospiti.

Quinto. Hospitium quod eligendum.

Appt. e. Hospitium quod eligendum.

Sexto qualis eorum conversatio esse deberet apud populos, apud quos agunt, sapientissime monet, & quibus virtutibus fulgere par sit. Prima virtutum est paupertatis amor, contra omnem cupiditatem. Gratis (inquit) accepistis, gratis date, ne scilicet propter mercedem spiritualia impertiant, sed gratis omnino, eo præcipue, quod gratis a Deo & ipsi acceperint, que gratis dare debent, ne questum faciant gratiam prædicationis, & videantur cupiditate magis rerum secularium, quam zelo gloriæ Dei, ac salutis animarum ad prædicandum accessisse. Secunda mansuetudo ac benignitas. Ecce inquit, ego mitto

Sexto. Consuetudo qualis. Gratis dandum.

Mansuetudo.



vos sicut oves in medio luporum. Quasi dicat, non deerunt qui
 .or. An M. verbis vos mordeant, qui factis dilanent luporum more. Vos
 autem volo esse oves, hoc est innoxios, nec repugnantes. Qua-
 re dicitur quia ita melius eritis victores, & lupos in agnos transfor-
 mabit. quo modo dicitur virtute mea, & vestra mansuetudine, quae
 facile reprimet ferociam impiorum. Dumque oves eritis, me
 Pastorem habebitis, cui ovium cura est non luporum. Tertio
 .d. an T. & quarta, Prudentia ac simplicitas, ut prudentia imitemur ser-
 pentes, simplicitate columbas, & utranque vult iungi, quia al-
 tera sine altera vitiosa esset. Prudentiam precipit, quia non
 temere fidendum cuilibet, nec unquam deerunt peruersi ho-
 mines, a quibus cavendum sit, ob id enim addit, Gaude ad
 hominibus. Sed cum prudentia coniungenda est columbae sim-
 plicitas, ne unquam nocere, aut ulcisci velimus, siquidem co-
 lumba, licet pulli auferantur, tamen in iisdem locis perseverat,
 & alios generat, ubi priores amisit, Basiliius, prudens est, in-
 quit, qui cum consideratione virium, & successus ad persuasione-
 nem audientium doctrinam suam disponit. Simplex autem ut
 Columba, qui ne cogitat, quidem de ulciscendo, cum qui in-
 dias struxit, sed in beneficentia perseverat, iuxta illud Pauli.
 Vos autem nolite deficere benefaciendo. In septimo, circa praedicationis officium praeter materiam quae
 .In g. 145. est de Regno colorum, ut supra diximus, monet, ut cum ma-
 .reg. breu. gna alacritate, ac fervore, spiritus, ac fiducia in Deum mune-
 .antiquo H. re suo fungatur. Nolite cogitare, id est, ne anxii, ac nimis sol-
 .argis boni. liciti sitis, quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis
 .sub. in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini,
 sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Quo loco pro-
 .Theß. hibet tantum nimiam curam, vultque intelligi hoc minus ma-
 .Septimo. xime pendere a spiritu Dei, cui multo magis Concinator de-
 .Fiducia in bet fidere, quam studio suo, ac humanae industriae. Adhibenda
 .Deum. tamen est cura & diligentia tanto negotio consentanea, ne Deo
 .Libertas in humano timore, aut respectu praepediti taceamus. Quae dicitur
 .dicendo. vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis,
 .Matt. 10. praedicate super tecta. Rursus, ut Christi causam preferamus
 omnibus alijs rebus, & amori parentum, & consanguineorum,
 etiam vitam ipsam periculo, si opus sit, obiciamus. Qui amat
 .Octavo. patrem, aut matrem, plusquam me, non est me dignus.
 .Fortitudo vsq; ad mor- tem. Octavo, maxime autem suos Praedicatores praemunit Chris-
 stus contra persecutores & adversarios, multis rationibus ad
 forti-

fortitudinem instruens, & excitans ad fiduciam in Deum, Nolite timere eos, qui occidunt corpus; multis passeribus meliores estis vos; & Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Non est discipulus supra magistrum; Si me persecuti sunt, & vos persequentur. En optime diuini verbi præco, qualem a te Dominus perfectionem requirat: En regulæ ad quas tibi omnis agenda, & exigenda est vita; quas qui sequi animum constanter induxerit, pro certo habeat, & Deo & Cælo multas se animas lucraturum, & multos sibi meritorum thesauros, cum beatissima illa Christi Domini confessione, qua spontè, cum dixit, Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est; Contra vero qui hoc spiritu quem Christi regulæ formant, destituitur boni Prædicatoris nequaquam nomine gaudere, nec animarum lucro, nec Christi bonus haberi legatus debet. Confirmabunt optime has regulas & totam hanc de virtutibus Oratoris tractationem quæ D. Bonauentura scribit de S. Francisco Plangendum dicebat prædicatorem tamquam vera pietate priuatum, siue qui in prædicatione, non animarum quærit salutem, sed propriam laudem, siue qui prauitate vitæ destruit, quod ædificat veritate doctrinæ, præferendum dicebat huic fratrem simplicem & elinguem, qui bono exemplo alios prouocat ad bonum, & ita exponebat verbum illud donec sterilis peperit plurimos talis est (dicebat) frater pauperculus, qui generandi in Ecclesia filios, non habet officium, hic pariet in iudicio plurimos, quia quos nunc priuatis orationibus conuertit, suæ gloriæ, tunc Index ascribet, & contra, quæ multos habebat filios infirmabitur, quia prædicator vanus & loquax qui multis nunc, quasi sua virtute genitis gaudet, cognoscat tunc se nil proprium habere in eis.

In Vita S. Franci-

1. Re. c. 2.

Finis Libri Secundi.

I DE

DE SCIENTIA CONCIONATORIS,

Et varijs ad bene dicendum
exercitamentis.

LIBER TERTIVS.

*Scientia Concionatori necessaria, ac primo
Sacrarum scripturarum.*

CAPVT PRIMVM.



Quoniam Virtutes aliquas, quæ in Concionatore præcipuè desiderantur attingimus, par omnino est, vt de eius etiam doctrina pauca dicamus. Rectè enim Isid. tam vita quam doctrina clarere debet Ecclesiasticus Doctor, nam doctrina sine vita arrogantem reddit. Vita sine doctrina inutilem facit. Deus ab omni Sacerdote scientiam requirit, quæ plane maior in eo debet esse, qui alios docendi munus sortitus est. Quis poterit medicus esse si ignoret medicinam, quomodo erunt magistri qui non fuerunt discipuli erunt plane canes muti non valentes latrare. Hoc significat præceptum Dei cù præcipit pones in rationali Iudicij Doctrinam, & Veritatem, & alibi. Præceptum sempiternum est in generationes vestras, vt habeatis scientiam discernendi inter sacrum & prophanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea. (Et in Osea dicitur;) Quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego ne sacerdotio fungaris mihi. Ex Conc. Tolet. & Arelat. Ignorantia mater errorum errorum, maxime in Sacerdotibus Dei vitanda, est qui docendi officium in populis susceperunt. Non ergo dubium esse potest, quin ei cognitio multiplex necessaria sit, qui se populo-

l. 3. de summo bono c. 36.

Ex. 28. Leu. 10.

Of. 4. Conc. Tol. 4. cap. 24. Cõc. Arel. 4. cap. 3.

pulorum doctorem in rebus grauissimis, & publicorū morum magistrum profitetur. Quomodo enim de virtutibus, vitisq̄ recte disserere fidei dogmata exponere, diuinarum scripturarum arcana detegere poterit, cui multa nō adit doctrinā suppellex. Nam cum res, quas tractat grauissimæ sint, eo debent magis esse cognitæ atque perspectæ. Si enim (ait Leo) vix in Laicis tolerabilis videtur incertitia, quanto magis in eis qui præ sunt: & quamuis consultò quæstiones (vt fere vitandæ sunt) vitet, tamen ea ipsa, quæ popularia sunt & planiora, & quæ di ei necesse est, sapè ita coherent & implicita sunt difficultatibus maximis, vt qui eas non saltem mediocriter norit, etiam titubare cogatur, ac ruere: quo fit vt magno periculo conscientiam suam & famam, & animas etiam auditorum exponat; ne eueniat quod in Euangelio legimus; Si cæcus cæco ducatur, præstet, ambo in foveam cadunt. Nec solū necessaria est scientia ad recte docendum, aptèque dicendum, sed etiam ad auctoritatem & fidem. Valde enim commouetur populus opinione doctrinæ. Itaque quamquam plus momenti est in Virtute, & in ea primum est elaborandum, tamen ad maiorem Dei gloriam, & frugiferam Apostolici huius muneris functionem, etiam in colligenda scientia desudandum est; neque eius opinio negligenda.

Cum autem varia eum eruditione oporteat esse ornatum à notitia, & studio sacrarum literarum ordiamur, quæ in nostri Oratoris persona videtur principem locum habere; qua debet adeo diues esse vt de eo dici possit. Profert de Thesauro suo noua & vetera (& ipse quoque vt S. Antonius Patauinus possit quodammodo dici Arca Testamenti. Cum enim prædicator Diuini Verbi prædicator sit, & instrumentum Dei ad animarū beneficium, non per sacramentorum administrationem, aut alio quouis modo, sed per ministerium Verbi Dei, perspicuum est, sacram scripturam, cum in ea Verbum Diuinum contineatur, propriam in qua versetur materiam & cognitam, esse debere. Sibi dictum putet Cōcionator, quod D. Paulus Timotheo scribit. Tu vero permane in ijs quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens a quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu. Et vt intelligat omnia esse in scripturis sacris, quæ ad bene concionandum possunt valere, subdit. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia vt perfectus

I 2 sit ho-

Quam necessarium studiū sacrarum literarum.

Matt. 13.

Ep. 1. 6. 3.

fit homo Dei ad omne opus bonum instructus intelligat ergo multum omnino momenti habere, si ad literarum sacrarum studium sit valde affectus, & in eo bene versatus, & sibi persuadeat hoc singulare instrumentum esse, quod tractare debet ut muneris suo respondeat. Si enim ideo suggestum ascendit, ut ex edito loco Dei voluntatem populis explicet, nonne illa ex divina scriptura nobis manifesta fit? in qua Deus loquitur, & qua ideo Gregorius & S. Chrysostomus Epistolam Dei ad nos misam vocant. Si autem velit proponere virtutes quas sequamur, & vitia quae fugiamus, ubi melius haec possumus, contemplari, quam si scriptura ante mentis oculos obijciatur, quae teste eodem Gregorio quasi quoddam speculum opponitur, ut interna nostra facies in ipsa videatur. Non enim morales qualcumque & philosophorum veterum virtutes, noster Philosophus docet, sed Christianas, & Evangelicas, ideoque non ex Philosophorum monumentis, sed ex divinis earum modus & forma sumenda & explicanda est. Si rursus conetur quod parum est eius muneris, fidei nostrae mysteria, & religionis arcana, tueri, & eos qui contradicunt, arguere, quae so te quibus armis munitus hostem aggredietur, nisi prius ad hoc divinae scripturae armamentarium confugiat? ubi omnia genera armorum reperiet, tam ad defendendum parata, quam ad offendendum hostem elaborata, quae quidem non sunt carnalia, sed spiritualia, ut

Cor. c. 10. D. Paulus ait, Adde quod ut ea quae loquitur firma sint, & cum ad docendum, tum ad animos hominum commouendos robusta ac pondus habeant, debent divinis testimonijs comprobari. Si enim Iurisperiti in suis causis, legibus citatis, agunt, & ut ille ait erubescimus sine lege loqui multo id studiosius nostris curandum est causis, cum in re qualibet, tam copiosam & tam utilem ex reuelatis scripturis supellestem habeamus, ut multo magis erubescendum sit eas relinquere, quo nostra inuenta, vel humanas sententias afferamus. D. Chrysostomi verissima est sententia, Si quid dicitur absque scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc haesitans, & interdum sermonem ut frivolum auersans, interdum ut probabilem recipiens; Verum ubi ex scriptura divinae vocis prodijt testimonium, & loquentis sermonem, & audientis animum confirmat.]

Denique omnino intelligat Concionator, nullum sibi magis familiare esse debere, quam utriusque sacri Testamenti volumina, quod quotidie praemanibus habeat necesse est. Hic enim plane liber est, qui concionanti sapientiam, & eloquentiam suggerit,

*Greg. l. 4.
Ep. 40. ad
Theod.
Chr. Hom.
1. 2. ad
Thess.
Scriptura Epi-
stola Dei &
speculum.
2. Mor.
cap. 1.*

*Scriptura fa-
cra ad om-
nia valet.*

geste, per hunc & animi persuadentur, per hunc tria muneris nostri officia, quæ sunt, docere, mouere, ac delectare præstamus. Hic maxime valet ad arguendum, instruendum, consolandum, corrigendum, siue purgandi auditores sint, & ad primam gratiam præparandi, siue promouendi, & virtutum luminibus illustrandi, seu demum perficiendi, inde sententiæ, inde præcepta, inde exempla suppeditantur. Præclare S. Aug. Sapienter dicit homo tanto magis, vel minus, quanto in scripturis sanctis, magis minusque profecit, non dico, in ijs multum legendis, memorique mandandis, sed bene intelligendis, sed diligenter earum sensibus indagandis, sunt enim qui eas legunt, & negligunt, legunt vt teneant, negligunt vt intelligant. Quibus longè præferendi sunt, qui verba earum minus tenent, & cor earum sui cordis oculis vident, sed vtrisque ille melior, qui & cum volet, eas dicit, & sicut oportet intelligit. Idem etiam, Quanto, ait, minor est auri & argenti, vestisque copia, quam de Aegypto secum ille populus abstulit, in comparatione diuitiarum, quas postea Hierosolymæ consecutus est, quæ maximè in Salomone Rege ostenduntur, tanta sit cuncta scientia (quæ quidem utilis est) collecta de libris Gentilium, si diuinarum scripturarum scientiæ comparetur. Nam quicquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur, si vtile est, ibi inuenitur, & cum ibi quisque inuenit omnia, quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ nusquam omnino alibi, sed in illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discuntur.]

Optimum autem ad imitandum in hoc studio exemplum nobis erit ex veteri testamento. Esdras eximius Sacerdos, & legis doctor, qui præparauit cor suum vt inuestigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Israël præceptum, & iudicium. Parauit planè per puram intentionem, inuestigauit studio, ac labore. Et notandum id, quod additur, vt faceret & doceret; Sunt enim qui hisce studijs solummodo vacant, vt parent quod alios docere possint, non seipsos, vt supra satis superque monuimus, cum egimus, non debere Oratorè Christianum esse nisi virum bonum, qui aliorum futurus est magister. Neque hic vbi de scientia & eius studio loquimur denuò pigebit obiter admonere, vt interim dū legit, ac discit, se ipsum doceat prius, quam docendo, vt alij discant, elaboret; & quicquid inuenit, quod vtile putat fore moribus aliorum, ad suum statim vsum actione ipsa conuertat. Nam hi, qui animarum suarum cura,

l. 4. de
Doct. Cbr.

Lib. 2. c. 42
ibidem.

Contra eos
qui scriptu-
ras legunt sa-
lum propter
alios nō libi,

neglecta, in id tantum incumbunt, & in hoc vnum multos studiorum, ac lectionum labores dirigunt, vt alios hortentur, ac doceant, hos ego similes esse crediderim iumentis, quæ onerata in Vrbes commeatum comportant ad nutrimentum incolarum, ipsa verò, eo non solum non vescuntur, sed ne attingunt quidem, quin potius cum alijs triticum vexerint, ipsa sceno pascentur, vel vt mitius agamus, similes sunt pueris, nucis colligentibus solummodo ad ludendum cum socijs, nucleo neque gustato, neque aperto. Contra hos Paulus. Si tu Iudæus cum sis, confidis te esse duces cæcorum, eruditorem insipientium, magistrum infantium, qui ergo alium doces, te ipsum non doces? Certè Deus cum ad prædicandum mitteret Ezechielem, fili hominis, ait, comede volumen istud, ac si diceret, ait Hieron. in eum locum, Comede, & pascere, saturare, & eructa, accipe, & sparge, confortare, & labora. Et comedi, ait Prophetæ, & factum est in ore meo, sicut mel dulce. Vbi Hieronymus, nisi ante comederimus apertum, volumen, docere non possunt studentibus, qui propria vita sumunt, quod per linguam proximo conferant, in eius ore scriptura suavis est ad loquendum, cui interius impressa ad viuendum fuerit. Nam sermo dulcedinem non habet, quem vita intra conscientiam remordet. Ad prædicandum namque plus conscientia sancti amoris adificat, quam exercitatio sermonis. Ex nostris verò habemus innumera sanctorum, & illustrium virorum exempla, qui vt se ad conciones pararent, huic sese studio dederunt totos. Historia Ecclesiastica refert de Basilio magno, & Gregorio Nazianzeno eos reiectis omnibus Græcorum prophanis hystorijs, in sacræ scripturæ libris se duntaxat exercuisse, quorum intellectum, non suo ingenio fidentes indagabant, sed autoritate ac maiorum suorum scriptis, quæ ab ipsa Apostolorum traditione accepissent.

Rom. 2.

Hieron. in
Ezech.

Niceph.
Lib. 11.
c. 7.

Quis modus tenendus in lectione ac studio Scripturæ
sacræ. Cap. II.

Intentio in
studio scri-
pturæ sacræ
qualis.

Commodum autem arbitror etiam hic aliquas adhibere regulas, vt è studio scripturarum emolumentum plurimum capere possimus. Primo velim vt optinè intelligat studiosus diuinorum verborum scrutator, qualis esse debeat, & quomodo affectus dum sacrarum librorum lectioni, & studio vacat.

cat, Imprimis intentio debet esse sincera, vt Deum querat & inueniat in ipsiusmet Dei verbis, in quibus ipse se, sitamque pulchritudinem nobiliter manifestat, quam in omnium rerum creaturarum dispositione, atque ornatu: quia in creaturis vestigia sunt tantum Dei; in scripturis autem ipsemet Deus loquendo se ipsum reuelat. Vnde & apparet quanta reuerentia, & timore habentes Deum ante nos, debeamus cum Samuele dicere: loquere Domine, quia audit seruus tuus; & quanta cum pietate scrutari sacra biblia, tamquam pretiosum thesaurum, & pharmacorum apothecam, vt cum Chrysothomo loquar tantum literas de Caelo ab ipso Deo datas, de melle caeli vt loquitur August. melleas & diuini erga nos amoris plenissimas. Sit autem legentis intentio, non vt sciat, vel ipse sciatur, non vt efferatur, & gloriatur in ea cognitione. Nam vt ait Bernar. sunt qui scire volunt, eo tantum hanc vt sciant, & turpis est curiositas, aut vt sciatur, & turpis vanitas. Non solum vt alios instruat, sed magis adhuc se ipsum, vt supra de Esdra retulimus, qui librum legis excutiebat vt faceret (& hoc primo loco) deinde vt alios edoceret; hic est verus simplex coram Domino, qui experietur illud in se ipso. Et cum simplicibus sermocinatio eius, Spiritus enim sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu. Quae simplicitas ad charitatem Dei & proximorum recta tendit intentione. Hic autem amor parit rerum diuinarum intelligentiam, plerumque enim intrat Amor, quo non potest intellectus ingredi. Solatur nos illud Christi verbum. Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego manifestabo ei me ipsum. Curet ergo quilibet scripturarum amator inuitatus ad hoc conuiuium, vt diuina quae apponuntur fercula degustet, operam dare, vt veste hac charitatis nuptiali ornatus accedat, quo possit comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum.

Secundo animum oportet habere vacuū, & liberum ab alijs rerum terrenarum, & negotiorum curis. Ideo sapiens scriptum reliquit, (sapienciam scribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu sapienciam percipiet. nec male ille dixit) Pluribus intentus; minor est ad singula sensus: Et multo verius in his, quam in alijs studijs locum habet, quod dici solet hominē totum requirunt. Sed multo magis ad hanc lectionem afferendus est animus, qui sit ab omni noxio affectu purgatus, ac defecatus: solent enim huiusmodi perturbationes menti tenebras

Hom. 10.
in 1. Tim.

Ser. 30. in
Cant.

Thom. 14.

Sit animus
vacuus a curis,
& prauis affectibus.
Ecc. 38.

offundere. Hoc planè docet Isa. quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus, qui enim à carnis concupiscentia mentem auocant, ac sensus, hi planè sunt ab vberibus, & lacte auulsi, & idonei discipuli ad diuina concipienda mysteria. Quod si Aristoteles in Eth: iudicat, rerum moralium, non esse iuuenem idoneum auditorem, propter turbulentas commotiones multo minus erit cœlestium radorum capax, si quis infans cupiditatibus distrahatur, quæ vna est causa, cur tam Heretici, quam Iudæi in scripturis cœcutiant, legentes, nec intelligentes, vt fiat sacra mensa ipsis in laqueum, & retributionem, & scandalum.

Humilitas
cordis & ora-
tio.

Prou. 11.

Coll. 14.

c. 10.

Rursum affectus sit deuotus, & humilis, non suo fidens ingenio, sed ad Deum auctorem, ac magistrum per orationem recurrens. Certum est Spiritus Sancti axioma vbi est humilitas, ibi est sapientia: certum est quod Cass. docet festinandum esse tibi, si ad veram scripturarum scientiam peruenire desideras, vt humilitatem cordis immobilem primitus consequaris, quæ te non ad illam, quæ inflat scientiam, sed ad eam, quæ illuminat, charitatis consumatione perducatur.] Cui etiam dubium est Deum his sua secreta aperire, qui humili ad eum prece confugiunt. Oratio sæpè à Deo impetrat, quo nec ratiocinatio, nec varia librorum peruolutatio, nec diuturna ualuit assequi consideratio, vt rectè D. Iac. dicat si quis indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Socrates laudat Piterium, quod orare ante scripturarum prælectionem semper erat solitus. Rupertus Abbas à B. Virgine ingenium ad scripturas idoneum impetrauit. D. Thomas plus videtur orationibus, quam studio in Sacrarum literarum mysterijs cognoscendis profecisse: qui etiam ad loca difficiliora, ieiunia adhibere solitus erat; quo loco poteris recognoscere etiam ea, quæ supra de Orationis studio Concionatori necessaria diximus. Itaque qui in lætione & studio diuinarum literarum proficere ipse primum optat in se, vt hoc instrumento ad aliorum fructus percipiendos inde strenuè utatur, legat cum reuerentia, cum simplicitate, ac sinceritate, cum charitate & Dei, & proximorum, cum puritate animi, & a curis rerum terrenarum, & a noxijs cupiditatibus alieni, ac demum cum precum adiunctione, vt lætione comitetur oratio, quæ intelligentiam impetret à Deo. Addamus etiam & alia.

In tripar.

48. c. 1.

Quar-

Quarto necesse est, vt in hac lectione Concionator sit affiduus, & curet totam perlegere Scripturam; est enim veluti imago quadam, & pictura, cuius partes partibus respondent, & vnus liber alium declarat. Neque sit contentus, semel, atque iterum legere, sed crebrius verset, & euadet se ipse in dies doctior. Est documentum Greg. est & Augustini in hæc verba: erit igitur diuinarum scripturarum solertissimus indagator, qui primo totas legerit, notasque habuerit, etsi nondum intellectu, iam tamen lectione vt mandet memoriæ, vel vt omnino incognitas non habeat. Addit idem, primò inuestiganda, quæ in eis aperte posita sunt, vel præcepta viuendi, vel regulæ credendi. Tum verò facta quadam familiaritate cum ipsa lingua scripturarum, ad ea quæ obscura sunt aperienda, & discutienda pergendum est.] Quæ Augustini regula optima est, sic enim doctrinæ ordinem tenebimus, qui a facilioribus, ad difficiliora paulatim progreditur. Et secundum hanc prudentiam laudabilis est obseruatio, quam aliqui tradunt, vt prius Euangelicorum librorum sensus eruamus, quam libros propheticos inuestigemus non solum facilioris doctrinæ causa, sed quia ex historia Euangelij facilis aditus patebit ad ea, quæ de eodem Christo Prophetæ dixerunt intelligenda, quem admodum minus fuit difficile Eunuchis, post explicatam de Christo hystoriam a Philippo, prophetiam Isaïæ percipere, quam petebat. Facilius est a veritate nota coniectare promissiones, & figuras, quam ex Prophetis vocibus, & Typis diuinare Euangelij veritatem.

Quinto valde utile erit, in singulis libris dum legit adhibitis aliquibus commentarijs interpretum meliorum, qui sensum literalem conseruant, colligere, ac notare in aliquo volumine per singula capita locorum difficilium explanationes iuxta sensum hystoricum, & hoc breuissimè vt possit, cum fuerit opus, ad manum esse. Etiam proderit in singulis libris, quos percurrit Indices particulares texere.

Sexto rursus quicquid eximij vel ipse notauerit, vel ab alijs acceperit, reuocet ad capita, & communes locos, & notet in quem usum profutura esse iudicet, siue ad docendum aliquod dogma siue ad cõsultandos errores, siue ad morum, & vitæ institutionem siue ad peccata redarguenda, siue ad consolandum & alia huiusmodi. E scripturis sanctis multa varietas locorum seu sententiarum colligi potest, cum ingenti, vt multi experti sunt lucro: Melito Sardenis collegit sententias morales è scripturis,

Totam scripturam, & crebro legat.

Greg. 2. p. pass. c. 11. & 4. mor. c. 1.

Aug. 2. de Doct. Chr. c. 8. & 9.

Act. 8.

Annotanda aliqua.

Locorum cõmuniũ vsus

pturis, & librum inscripsit sub hoc titulo, exceptorum libri sex ad Onesimum: Cyprianus ad Quirinum consimilis argumenti libros tres edidit: Primus & secundus habet ea quæ ad fidem pertinent; tertius quæ ad mores. Aliqui cum sententijs scripturæ apposuerunt Patrum expositiones. Sic Beda & quidam antiquus author nomine Defensor, in libris quos vocarunt Scintillas scripturæ sanctæ. Alij vnum tantum argumentum tractauerunt, vt est liber sub nomine Augustini, de mirabilibus sacræ scripturæ. Aliqui simul collegerunt omnes similitudines, quæ sparsæ per totam scripturam legerunt.

Meditatio Sacrarum scripturarum & modus.
Cap. III.

Merito (ait Chrysoft.) thesauro cuiusque confertur, diuinarum scripturarum lectio. Nam sicut ex illo, quis vel paruum fructum capere valet, multas sibi parat diuitias, ita & in sacra scriptura, etiam in breui dictione, variam sententiarum vim, & incredibiles diuitias inuenire licet. Idcirco septimum, & vltimum præceptum Concionatori erit, non solum assidua doctorum lectione sacrarum scripturarum, arcana peruestigare, sed etiam ipsorummet Patrum exemplo, earum diligenti commentationi insistere, & vt ait Propheta, meditari Dei voluntatem, & legem die ac nocte, neque solum intellectu penetrare Spiritus sancti mentem, quasi dentibus comminuere, sed etiam voluntatis affectu, earum dulcedinem deuoti, veluti cordis palato degustare, planè qui sanctorum Patrum vel conciones, vel commentarios in sacra Biblia legit, facile aduertere potest, eos quæ dicunt, vel scribunt non solum studio, & lectione librorum, sed magis etiam pijs meditationibus, & oratione collegisse, proptereaque stylus, ac sermo, qui ex abundantia cordis, & spiritus pinguedine manat, magnam morum pietatem, & vitæ sanctimoniam redolet. Modus autem tenendus in sententiarum sacrarum meditatione, hic esse posset cum fructu,

Circumstantiæ notandæ.

Primo considerandus quis sit, qui loquitur, & ad quem sermo habetur, rursus finis ob quem ea dicuntur, & modus dicendi. Præterea quidnam sit, quod dicitur, sit ne præceptum, vel consilium, sint minæ an promissiones; an aliquid à sua creatura exigat Creator Deus. In his debet intellectus singulas circumstantias, & capita discurrendo versare. Voluntas autem

eos affectus intermiscere, qui rei, quam ante se habet, proprij sunt, & conuenientes. Secundo singulae voces sunt attentata meditatione pensandae, vt fiat in nobis, quod Bernardus in Canticis monet. Intellectus (ait) non remanet extra, non haeret in superficie, non instar caeci palpat forinseca, sed profunda rimatur, pretiosissimas inde solitus veritatis exuias tota auuiditate diripere, ac tollere sibi.] Itaque singula Dei verba, etsi minutiora videantur, consideranda sunt, in quibus latere mysteria, sit nobis plusquam certum. D. Chrylost. affirmat, nil temere, ac fortuito loqui diuinam scripturam, sed & syllaba, (addit) & apiculus reconditum habet thesaurum; imo ait Basilius otiosum verbum in scriptura ponere gradis est blasphemia; Greg. Nazian. At nos (ait) exquisitam spiritus doctrinam, vel vsque ad leuissimum apicem, & lineam transimus. Si quis, exempli gratia vult meditari sententias orationis Dominicae, quantum ex singulis vocibus suauitatis exsugere? quantum pretiosi liquoris colliget? Eodem modo si salutationem Angelicam, seu Canticum Beatissimae Virginis ad cognatam, prolatum excutiat, in singulis voculis, tum Intellectus multos thesauros inueniet, tum Voluntas deuotionis pinguedine repleti poterit. In Epistolis D. Pauli quam facile erit animum diuinis contemplationibus saginare, non solum ob altissima mysteria, sed etiam ob phrasas ac dicendi modos, maximèque ob Seraphicum huius Apostoli spiritum, Dei secreta perfectissimè penetrantem, & nobis tanta verborum maiestate prominentem. Et planè Scriptura tota, perinde ac ornatissima, & ditissima mensa est preciosis, ac coelestibus referta cibarijs, Spiritus sancti artificio, & manu paratis, vt eis pascatur, enutriaturque spiritus noster, & pinguescat affectus, ita vt cum regio vate canat. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Praesertim Christi Domini nostri verba id habent, cuius labia distillant myrrham primam, & vt D. Petrus testatus est, verba eius vitam aeternam habent, & ipse Christus (Verba quae ego loquor (ait) Spiritus, & vita sunt.

Tertio etiam illud adderem, Inspiciendum in sententia, quam meditaris, sintne Dei verba hominem alloquentis, an vice versa, hominis ad Deum suum, eiusdem Dei spiritu infillante prolata. In primis verbis considerandus est Deus, vt Magister, & Pater, vt legislator, Consiliarius, & Dominus, prorektor, & premiorum largitor, praebendo se ei humilem, docilem, ac obedientes aures audium cor ad doctrinam illius perci-

Verba singula
consideranda.
Hom. 18.
in Gen.

Hom. 10.
Hexam:

Apol. 1.

Psal. 62.
Can. 5.
Ioan. 6.

Quis nam lo-
quatur Deus
an homo.

percipiendum, promptum ad exequendum, si quid præcipiat, ad amplectendum si consulat, ad timendum si minetur, ad sperandum si promittat; Denique ad amandum tantam bonitatem, tantumque Deum cum omni reuerentia, & pietate colendum. In secundis oportet meditatorem eundem eius spiritum cuius sunt verba induere, Verbi gratia; in psalmis cum Danide, modo spiritum laudandi Deum; modo grati animi, cum psalmus diuina beneficia recolat; modo contritionis, ac doloris cum veniam peccatorum exposcit, modo fiduciam in Deum, cum in tribulatione positi, ad opem Dei efflagitandam confugimus. Et hic est modus, quem docet Cass. tenendum, ut iungi scripturarum pascuo vegetatus animus, omnes quoque psalmodiarum affectus in se recipiens, ita incipiat permoueri, ut eos non tamquam à Propheta compositos, sed velut à se editos, quasi orationem propriam profunda cordis compunctione depromat, ut idem fusius prosequitur. Quare pro ratione temporis, ac status, & occasionum, non est dubium aptiores nos esse magis ad unam Scripturæ sacræ sententiam, quam aliam. Et hæc dicta sint de sacrorum librorum lectione, ac modo eis vacandi, & meditandi. Sed arbitror necessarium etiam aliqua subiicere, quæ ad inquirendum eorum sensum literalem, oratorem nostrum, iuuare possint.

Sensus Scripturæ sacræ duplex. Cap. IV.

VT ergo in hoc genere literarum, tam graui, tam sancto, tamque diuino quis proficere queat. Prima diligentia, adhibenda est, ut literalem sensum assequatur, & scriptoris mentem, quantum fieri potest teneat. Hoc autem quomodo fieri possit non est huius loci, accuratius inuestigare, præsertim, quia hoc argumentum complures doctissimi viri, sedulo pertractarunt. Tamen quoniam hac in re maxima prædicatoris, quæ instituitur, cura collocanda est, non sum arbitratus fore à proposito alienum, si ut aditum saltem aperiam, ad profundiora inuestiganda, & pleraque alia inquirenda. Tyronibus saltem regulas quasdam paucis indicarem, ad quas tamquam ad prima quædam capita, & principia totus hic labor reuocetur. Imprimis hoc veluti fundamentum ponatur, scripturas reuelatas non solum habere sensum literalem, qui & hystoricus dicitur, & est ille quem Spiritus sanctus auctor intendit per verba, siue in propria, siue in translata significatione sumpta, sed etiam

etiam mysterium, qui non ex vocibus, sed ex rebus per eas significatis, eruitur. Omnino enim certum est, Deum in scripturis, & vocibus tam proprijs, quam translatis, ad significandas res, & rebus ipsis per verba significatis, ad aliquod aliquid mysterium innuendum, vti sit exemplum. In historia de serpente aeneo, ad sanandos serpentum morsus erecto, literalis sensus erit quem voces ipsae, prima fronte insipienti praeserunt. Si quis autem intelligat Christum crucifixum, peccata hominum sanantem, hic erit sensus mysticus, perinde est ac si in sensu hystorico, vocibus, in mystico nos Deus nutibus alloquatur, & signis. Dixerimus autem sensum quidem secundum literam sumi, non solum ex vocibus proprijs, sed etiam translatis, quia alioqui sequeretur multa scripturae loca literali sensu destitui, vt quando Christus dicit, si oculus tuus scandalizat te, erue eum. Porro sensum mysticum, & spiritualem triplicem esse communis est sententia, Allegoricum, Tropologicum, & Anagogicum. Nam licet D. Hieronymus triplicem tantum faciat scripturae sensum, scilicet Hystoricum, Tropologicum, & spiritualem, & S. Augustinus, Aetiologiam, & Allegoriam, & Analogiam ponat, non est tamen in re discrepantia: Quia Aetiologia apud Augustinum, quae reddit causam, quare scriptura aliquid dicat: & Analogia, quae ponit concordiam vnius loci cum alio, ad primum sensum literalem, & hystoricum pertinent; Allegoria vero continet illos tres sensus, scilicet Allegoricum, Moralem, & Anagogicum. Hieronymi vero tertium membrum duo complectitur, Allegoricum, & Anagogicum.

Discrimen inter sensum hystoricum & mysticum.

Sensus mysticus triplex.

Epist. 150. ad Helvidium. q. 12. Lib. de Genesi ad litteram c. 10.

Præter hæc verissimum quoque videri debet, scripturam sacram posse plures sensus literales habere, cum author sit Spiritus sanctus, qui ita verba disposuit, vt possint plures sensus parere, vt illud psalmi (ego hodie genui te.) Exponitur à Paulo ad Hebræos de æterna generatione. Et alibi affertur ad probandam Christi Resurrectionem, sicut August. locum illum Gen. 1. in principio creauit Deus Cælum, & Terram, docet plures habere hystoricos sensus. Sicuti etiam idem author potuit per eandem scripturam innuere, & sensum literalem per voces, & sensum mysticum per res, vt in illo, os non comminuetis ex eo, & aliquando etiam principaliter mysticum, vt in multis veteris testamenti ceremonijs. Quae fusius probare, esset egredi limites nostrae institutionis. Hoc posito debet studiosus Diuini Verbi prædicator, in sacris literis ante omnia simplicem scriptoris sacri mentem ex verbis colligere, ne si statim

Scriptura sacra plures sensus etiam literales aliquando recipit. Psal. 2. l. 12. conf. c. 30. et 31. Act. 13.

in profunda quadam arcaña peruestigare velit; sine fundamento ædificet, cum ille simplex primus sensus, fundamentum sit sensuum cæterorum. S. Hieron. de se ipso conqueritur quod iuuenis Abdiam Prophetam esset aggressus exponere, in sensu allegorico; cuius nondum Hystoriam intelligebat.

Regula ad sensum historicum inuestigandum.

Cap. V.

VT autem quis ad hunc sensum intelligendum perueniat; Hæ regulæ vtilis esse possunt. Primò consideret diligenter, vtrum voces in propria significatione, an per metaphoram sumi debeant, nam sæpè numero non est sensus literalis, is, quæ in propria significatione voces faciunt. V.g. in Parabolis, non est sensus, quem cortex literæ sonat: cuiusmodi multa sunt in Prophetis. In Daniele, quatuor animalium visio. Et Hircus caprarum, non ipsum animal, sed Alexandrum magnum significat. In Canticis & in Apocal. penè omnia aliò tendunt, quam quo verba propria spectare videntur. Esset autem grauis error, & quod est figurate accipiendum, interpretari ex vocibus propriè sumptis, vt errarunt Hæretici Millenarij, exponentes locum Apocal. de mille annis, cum Ioannes figuratè exponi debeat, secundum Ecclesiæ interpretationem, & contra figuratè accipere, quod accipiendū est propriè. Sicut errarunt Ariani figuratè illud exponentes. Ego, & Pater vnum sumus, cum catholicam veritatem reddant verba propriè sumpta, & Hæretici nostri temporis deprauantes sensum illum verborum. Hoc est corpus meum.

Signa figuratæ locutionis. Multa sunt autem, nec ambigua signa figuratæ locutionis, vt si aliquid dicitur quod acceptum in propria significatione, impossibile aliquid inferret, sicuti, cum Deo membra tribuuntur, & humani affectus: vel cum aliquid falsum significaret, vt de Ioanne Baptista, ipse est Elias: vel aliquid absurdum, vt ego dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis: vel aliquid rectè rationi contrarium: vt si oculus tuus scandalizat te, erue eum. Matth. 5. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt, vel repugnans alijs locis scripturæ, vt cum dicitur Christum nescire diem Iudicij, cum alibi dicatur, omnes thesauros sapientiæ Dei esse in eo; Vel Ecclesiæ declarationi contrarium, vt ipse baptizabit vos in igne: cum ergo quid huiusmodi ex verbis propriè sumptis consequitur, tunc proculdubio figurata est locutio. Cum vero nihil horum

rum est, propriè sumenda est significatio, præsertim ubi Ecclesia accedit autoritas. Hæc est D. Augustini expressa regula. Quicquid in sermone diuino, inquit, neque ad morum honestatem idest ad diligendum Deum, & Proximum, neque ad fidei veritatem propriè referri potest, figuram esse cognoscas: quod si perspicuè dicitur, non est ad aliud referendum, quasi sit figuratè dictum, quale est illud Pauli, Tu autem thesaurizas tibi iram: sicut contra est illud Hieremię. Constitui te vt cœlas, & plantas, vt destruas & ædifices:] Et infra addit. Seruabitur in locutionibus figuratis regula huiusmodi vt tandem versetur diligenti consideratione, quod legitur, donec ad regulam charitatis interpretatio producat. Si autem hoc propriè sonat, non est figurata locutio, affert exemplum ex Paulo. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, hoc virtutem sonat in propria significatione, non oportet ad figuratum aliquid confingere. Subdit Paulus. Hoc enim faciens carbones congeres super caput eius. Hoc facinus est (ait Augustinus,) secundum sonum literæ seruare, ergo figurata est hæc locutio.] In scripturis apertis, ubi præcepta docemur, non est recurrendum ad sensus mysticos, vt eo loco Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias, ne iuxta Comicum, vt ait Hieronymus nodum in scirpo quaramus. Eodemque modo in principio Genesis, ubi Moyses historiam creationis refert, & quid singulis diebus factum sit, illi dies secundum propriam significationem explicari debent, in sensu literali si quis autem per (Diem) Angelorum noticiam explicet, sensus erit mysticus, sicuti quando dicitur Christum eiecisse septem Dæmonia de Magdalena, ego non video, cur Dæmones veri non intelligantur in sensu proprio, mystice autem D. Gregorius vitia exponit. In multis placet illud Basilij. Ego vero, ait, cum scœnum audio, scœnum intelligo. Tu hoc dictum intellige, nisi ipsamet scriptura se figuratè loqui significet.

Secunda regula, inuestiganda est vocum significatio, quæ occurrunt, quia sæpè in vocibus obscuritas latet, quod multis modis contingere potest. Aliquando res per voces significatæ ipsæ difficiles sunt, nec facillè percipiuntur, vt multa sunt quæ de Deo scriptura diuina enunciat, & pleraque alia quorum difficultas ex ignoratione rerum pendet, v.g. cum agitur de fabrica templi, de mensuris, de Sacerdotum ornamentis, & alijs, quæ vel ad naturam, vel ad gratiam, vel ad actus morales spectant, vel de statu illius populi Hebræi & Christiani. Propterea

l. 3. de
Doct. Cbr.
cap. 11.

Cap. 15.

Rom. 1.
Hier. 1.

Cap. 16.
Rom. 12.

Homil. 33.
in Euang.
Homil. 9.

exam.
Significatio
vocis inuesti
ganda.

rea Aries Montanus in lib. quem de arcano sermone scripsit, vel qui Ioseph. inscribitur, multa ex his quæ in scripturis habentur explanat. Rursum scribit librum de mensuris. De ornamentis Sacerdotum. De Fabricis; De statu Reipublicæ Hebrææ; bene Carolus Sigonius. Aliquando autem locus est obscurus, quia voces sunt æquiuocæ; & incertum de quo sit sermo, ut nomen Pharaonis multis competit, Herodis Antiochi, Darij, Assueri, quia plures fuerunt; vnus etiam habet plura nomina vt Gedeon dicitur, etiam Hieroboam, Idumæa, Edon, Esau Duma, eandem rem significant, Ietro etiam idem quod Ragucl, Salomon etiam Lamuel, Petrus, Simon, & Cephas, Iudas, & Thadeus; Thomas etiam Didimus, Vox peccatum, spiritus, fermentum, Regnum Cælorum, & alia similia diuersis modis sumuntur. Nomē Apostolorum, Episcopi, Sacramenti, aliter accipiuntur in sacris literis, quam apud profanos scriptores, Nonnunquam dubium est, sint ne voces Synonimæ idem significantes necne; vt apud Paulum, obsecro primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, orationes, gratiarum actiones inter quas tamen sancti distinguunt, sæpe apud Hebræos habet aliam significationē, vox, quam apud Latinos, v.g. apud Hebræos, panis, omnem cibum significat. Vas omne instrumentum, fratres omnes consanguineos eiusdem generis, Verbum sumitur pro re, Non est impossibile apud Deum omne verbum; Portæ sunt loca in quibus iudicia fiebant. Iterum multæ sunt voces in scriptura, quæ in bonam, & malam partem sumi possunt; vt fermentum, lapis, mare, sagittæ, zelus, & mulatio.

Phrases & Idiotismi. Cap. VI.

Tertio notandæ sunt phrasæ propriæ, & idiotismi linguae Hebrææ. Clemens Alex. huius linguae proprietates ait esse causam obscuritatis in sacris literis.] Aug. de vera Religione habet inquit omnis lingua, sua propria genera locutionum, quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda, & alibi, multa autem in scripturis sanctis obscura, cognito locutionis genere dilucescunt, propter quæ cognoscenda, sunt eadem genera locutionum, vbi sententiæ patent, vt etiam vbi latent, cognitio ipsa succurrat; easque intentioni legentis aperiat.] horum ignoratio, sine dubio facit herere lectorem, proponamus aliquot exempla; secundum idioma linguae dicitur Deus

Exempla.

Deus gloriæ, id est gloriosus, substantiuus loco adiectiuorum positus, vt filius perditionis id est perditus, spiritus sanctificationis, id est sanctificans, Mons Dei, dicitur, mons magnus. Secundum idioma scripturæ, dicuntur sagittæ, filij pharetræ, filij areæ, id est frumentum, & paleæ, filia vrbis, id est oppidula circa vrbem, filij excusorū, id est iuuenes, filia carminis, id est aures; Verbum geminatum auget ré, vt cecidit cecidit Babylon, castigans, castigauit me Dominus, veniens veniet, & non tardabit Pf. Animā esse in manu nostra, non significat vt alij qui opinantur, habere libertatem arbitrij, sed ex proprietate linguæ versari in vitæ discrimine: Vnus est, & secundum non habet, id est, hæredem, edificare domos, non est ædes construere, sed prosperare familiam, dare liberos, seu posteritatem, etiam opes augere: loqui ad cor est consolari aliquem: Origenes, & alij docent, in scriptura sæpè poni aliquas particulas, quæ non sunt necessariæ ad significandum, sed solum ex vsu sermonis implent orationem, quales: Ecce, Veruntamen: quoniam: Ecce nunc benedicite Dominum psalmo. 62. Veruntamen Deus, confringet capita inimicorum. Item psalmo. 37. quoniam ego in flagella paratus sum, sic particula (&) in principio libri Machab. (&) factū est postquā percussit Alex. Baruch, & hæc verba libri, quæ scripsit Baruch. Ezech. (&) factum est in tertio anno quāuis ibi Greg. mysterium notat. Substantiuum geminatum, & secundo loco positū pluraliter in casu gignendi, significat excellētiam, vt Sancta Sāctorum, canticum canticorū, Cœli cœlorum vanitas vanitatum, id est, maxima vanitas. Ponitur aliquando antecedens ipsum, loco relatiui, vt ad Rom. qui prædestinatus est filius dei, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi id est, sui ipsius. Hæc loco exempli dicta sunt, qui in his idiotisimis peritus fuerit multa intelliget, de quibus Arias Montanus opusculum confecit, & Sanctes Pagninus, & noster Emanuel. Sa habet indicem horum ordine alphabetico descriptum. Petrus Gasias de idiotisimis Euangeliorum, noster Salmeron in suis prologomenis, D. Aug. septem libros de locutionibus scripturæ, vsque ad libros, Iudicum.

In fine Ann.
in Biblia.

Symbola varia scripturæ ac Tropi. Cap. VII.

Quarto, Præcedenti regulæ finitima est quam adijcimus. Sunt in scripturā alij quidam idiotisimi sed ab his quos diximus distincti, quos oportet in sacris literis animadvertere circa

K

circa

circa hominum actiones, habitus, situs, gestus, & affectus corporum & animorum, qui sub quibusdam quasi symbolis propria mysteria, propriaeque significationes, ex aliqua consuetudine inductas includunt, quarum notitia lucem sic allatura studio diuinorum librorum lectori, neque solum in hominibus, sed etiam in plantis, animantibus, elementis, caelorum aspectu, huiusmodi actiones & habitus est considerari. Exempla quae passim occurrunt, rem explicabunt. In corpore humano, plurima sunt, tam in toto ipso corpore, quam in singulis partibus. Vnde aperire caput, erat damnatorum indicium, alibi est signum confusionis & pudoris, demittere caput est signum modestiae, sicut extollere caput, aliquando signum laetitiae aliquando arrogantium, sicut oculi sublimes: & erectum collum; Vngere caput signum laetitiae, sicut faciem lauare: Christus, tu autem ait cum ieiunas, unge caput, & faciem lava; Radere caput & barbam, signum maeroris Manus in sinu habere, est otiosorum dexteram dare est inire societatem: pectus percutere solent poenitentes; Totius corporis est habitus; iacere, quod est deiectum animum habere, procumbere in terram est adorare: stare orantis est, currere significat diligentiam, cadere dicitur de victis in praelio, dormire est securi, vel negligentis Vestitus huiusmodi, & arma multa significant, scindere vestimenta, est de lentis, seu indignantis ut fecit, Iacob audita morte Ioseph, I. Caiphias. In animantibus sunt etiam hi habitus, ut volatus animum signat celeritatem hominis, vel Dei boues super campos fertilitatem. Canis vigilans, sedulitatem in custodia. Colubri in agris ariditatem. Similiter in plantis, plantare vineam signat tempus pacis, florum apparitio tempus serenitatis. Portarum clausio signum solitudinis, lac suggerere est optimis rebus frui. In elementis, & caelo, solis obtenebratio, est signum calamitatis, etiam terra motus: terra serena solitudo mare rugiens imminens periculum. Praeterea sunt etiam in hominibus notandae portento se quaedam actiones, & habitus quorum scriptura mentionem faciunt, ut Moses cinerem iecit in aerem, Iosue tenuit Clypeum contra Hai, Ezechiel vasa transmigrations parauit, in signum futurae captivitatis sic cornua Sedechia, Catenae & iambare Hieremiae & plerumque alia de quibus docte & copiose videndus est Arias Montanus suo apparatu Bibliae Regiae, qui plane apparatus est verus Regius, & dignus, qui Regijs Biblijs praeferatur. Quinto diligenter cognoscendi sunt, tropi & figure locutionum

Exempla horum.

Cap. 7. Heber.

Can. 3.

Thren. 2.

Matth. 6.

Ezech. 5.

Gen. 37.

Matth. 26.

Ex. 9.

Ios. 8.

Ezech. 12.

Hier. 3.

Reg. 22.

Hier. 13.

Troporum animaduersione.

tionum; facile enim sensus effugiet, si quis non advertat tropi-
 eum esse sermonem, August. Imprimis cavendum est, sic signi-
 ratam locutionem ad litteram accipias, & tunc dicit habere
 locum illud Pauli, littera occidit, quando scilicet putat quis esse
 se sensum literalem, sciunt inquit literati modis omnibus locu-
 tionis, quos grammatici Græco nomine tropos vocant, Autho-
 res nostros vfos fuisse, copiosius, quam possunt existimare, aut
 credere qui nesciunt eos; Sunt autem inter figuras pleraque,
 quæ habent etiam obscuritatem, ut est Hyperbaton apud D. Pan-
 lum ad Rom. statim, ideoque Paulus obscurus est ut docent ple-
 ri que, quia hyperbatis frequenter utitur, propter velocitatem
 sermonum suorum, & propter impetum, qui in ipso est spiritus;
 sicut ad Gal. quid ergo lex factorum posita est, utique quod, & quæ
 sequuntur, tolle hyperbaton, & clarius dices, quid ergo? lex
 factorum dispersita per Angelos, in manu mediatoris posita
 est, usque dum veniat semen Dei promissum, sic ad Thest. tunc
 revelabitur & cetera. Clare sic, tunc revelabitur ille, iniquus
 cuius est aduentus secundum operationem Satanæ; Amphibolo-
 gia ut in ps. inimici defecerunt frameæ, dubium an vox inimi-
 ci sit pluralis; an sicut est singularis numeri, & alibi; ecce hæ-
 reditas Domini filij merces, ubi vox filij, est pluralis; & rursus
 unicus est Deus; Deus tuus; ubi prima vox Deus est in casu vo-
 candi; secunda in Nominandi, sic in Cant. Indica mihi, quem
 diligit anima mea, ubi cubes, non est; sensus, indica mihi eum,
 quem diligit anima mea; sed o dilecte quem anima mea dili-
 git &c. Hyperbole est frequens, facilius est Camelum intrare
 per foramen acus, quam &c. Ironia, Gen. ecce Adam quasi
 vnus ex nobis factus est. Periphrasis, quæ rem circumscibit;
 qui ascenditis super nitentes asinos; Hi sunt nobiles, & sede-
 tis in iudicio, Hi sunt Senatores, & ambulatis in via, Hi sunt
 Plebei; Hypallage, Civitatem miserunt in ignem, id est ignem
 in Civitatem; Antiphrasis, Iob, si non in faciem benedixerit, id
 est, maledixerit. Sed figurarum exempla sacra in secunda
 parte proponemus.

de Doct.
 Christiana
 cap. 10.
 Cap. 29.
 2. Cor. 3.
 2. Thess. 2.
 Psal. 9.
 Psal. 116.
 Psal. 44.
 Cant. 1.
 Matt. 29.
 Gen. 3.
 Iud. 3.
 Tob. 1.

Aliæ consuetudines Scripturæ ab h. Cap. VIII.

Cognoscendæ sunt quedam consuetudines Scripturis sa-
 cris propriæ, quas aliæ scientiæ non habent, quarum igno-
 ratio facit, ut qui legit, ad sensum, non perveniat, sunt au-
 tem plurimæ, sed nobis sat erit uti capimus, aliquas exempli
 K 2 instar

Regulæ septē
Ticonij.

3 de Doctr.
Christiana

cap. 30.

Prima de ca-
pite & mem-
bris.

Isa. 61.

Secunda de
corpore bi-
partito.

1. Cor. 15.

Ephes. 2.

Apoc. 21.

Matth. 18

Cant. 1.

Tertia de spi-
ritu & lite-
ra.

Quarta de
vniuersali &
particulati.

Quinta de te-
poribus.

Gen. 15.

Sexta Antici-
patio & Re-
capitulatio.

Gen. 2.

Septima de
Diabolo &
mēbris eius.

Isa. 14.

Ezech. 28.

Consuetudi-
nes aliæ fa-
ctorum libro

De Deo.

instar afferre, cum de hoc argumento alij scripserint, Huc per-
tinent septem regulæ Ticonij quas D. Ang. affert, quarum pri-
ma, est de Christo Domino, & eius corpore mystico. Aliquan-
do enim scriptura de Christo loquitur, vt est caput simul cum
corpore, quod est Ecclesia, quasi sponsum decoratum corona,
hoc capiti congruit, & quasi sponfam ornatam monilibus, hoc
sponfa Ecclesia sub Christo capite; Secunda est de corpore do-
mini bipartito, id est Ecclesia, quæ malos, & bonos continet,
Aliquādo enim scriptura de Ecclesia vniuersè loquitur, vt Pa-
lus dicit, persequutus sum Ecclesiam Dei, aliquando autem
speciatim prout bonos complectitur, vt cum dicitur gloriosa
Ecclesia non habens maculam, neque rugam; Ciuitas sancta,
Vel vt complectitur malos; necesse est vt veniant scandala, Cā-
nigra sum (propter malos) sed formosa propter bonos, sicut
Tabernacula Cedar (propter reprobos) sicut Pelles Salomon
(propter electos); Tertia est de spiritu, & litera; transit enim
scriptura a sensu literali, ad spirituale, & vice versa, vt pe-
sim est videre in Psalmis; vbi cum fiat sermo de Dauide, & Sa-
lomone ad Christum se conuertit, ita vt sæpe duplex sit literalis
sensus, de Dauide & de Christo. Quarta de specie, ac genere, scilicet
de toto, & parte transitus sæpe fit ab vno ad aliud Isa. loquitur
contra Babilonem, & statim vniuersaliter in omnes. Quinta
de temporibus, quorum supputatio sæpe obscuritatem parit
Gen. semen tuum futurum est peregrinum, 400. annis muner-
a natiuitate Isaac; sed in Exodo dicitur fuisse tempus 430. in-
cipit à tempore quo Abrahæ fuit dictū, egredere de terra tua
aliquando non curat minutias temporis. Sexta est de anticipa-
tione, & recapitulatione. Nonnunquam refert aliquid ante
quam fuerit, estque Anticipatio. Isa. refertur sanitas Ezechie
& miraculum in horologio, postea dicitur de massa ficuum.
Recapitulatio est in Gen. Istæ sunt generationes Cæli, & terra
in die quò creatæ sunt; Septima est de Diabolo, & membris
eius, cum enim Diabolus sit caput impiorum, scriptura sæpe
Diabolo transit ad impios, & vice versa, Vt loquens de Rege
Babilonis, conuertit se ad Diabolum, Quomodo cecidisti de
Cælo Lucifer? & alibi de Principe Tiri agens, statim addit
Dæmone, tu signaculum similitudinis.
In eandem formā possunt addi multæ aliæ consuetudines
Solet scriptura Deo attribuere membra, & multas actiones
& affectus, qui Deo non nisi Metaphoricè conueniunt, sic lo-
bere oculos dicitur, aures, manus; dormire, vigilare, irasci, po-
nitere.

scilicet, lacrimari. Cum tribuitur Deo aliquid, quod in nobis culpam significat, non actiue sed priuatiue sumitur, ex qua priuatione culpa nostra sequitur. Apud Isa. quare errare fecisti nos a vijs tuis & in Exod. ego indurabo cor Pharaonis; Augustinus moris est scriptura Deo tribuere, quod in nobis facit Gen. Nunc cognoui id est cognoscere te feci, Ad Gal. misit spiritum filij sui clamantem, id est, clamare facientem, iterum Spiritus sanctus postulat pro nobis, id est postulare facit. Item de Christo loquitur, secundum duplicem naturam, aliqua enim conueniunt vt Deo, aliqua vt homini, ratione primi, Pau: qui cum sit splendor gloria &c. ratione secundi, exinaniuit semetipsum &c. aliqua secundum vtrumque ei conueniunt, vt Il. generationem eius quis enarrabit, & filius meus es tu ego hodie genui te, & doctrina mea non est mea; rursus de Christo loquitur secundum duplicem aduentum, & aliquando ab vno statim transit ad alterum, in Mal. ecce mitto angelum meum: & statim subdit de iudicio. Ioel. effundam spiritum meum, & statim ait sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus; De homine sermo est aliquando, secundum corruptam naturam, aliquando, secundum gratiam, ratione primi, Eramus natura filij iræ; ratione secundi sumus filij Dei; si autem filij & heredes, Ratione liberi arbitrij, dicitur conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; ratione gratiæ Conuerte nos Domine & conuertemur. De vtroque, Non ego, sed gratia Dei mecum.

Solet scriptura sepe vt mutatione temporis, personarum, affectuum, numeri; presertim in propheticis libris, & in Psalmis; nam sancti, Spiritu sancto afflati vt eos agebat impetus Spiritus, modo se ad tempora conuertunt præterita, modo ad futura, & præsentia, modo ad Deum, modo ad creaturas, nunc ad vnum est sermo, nunc ad plures, sepe in varios transferuntur affectus, amoris, doloris, timoris, ex quibus omnibus oritur illa frequens mutatio temporis, personarum, affectuum, numerorumque diligenter notanda, ad seriem, & connexionem sequentium cum præcedentibus peruestigandam quæ plurimum valent; exemplum primi sit, Quare fremuerunt gentes, & statim postula à me, & dabo tibi gentes. Il. Primo tempore alleuiata est terra, & statim lætabuntur coram te, &c. Exemplum secundi innumera sunt in Psalmis, & Prophetis vbi modò Deus, modò Propheta loquitur; Exemplum tertij. Diligam te Domine fortitudo mea, est affectus amoris, a quò transit ad alium.

K 3 laudis,

Isa. 63.
Exod. 7.
August. in
Psal. 3.
Gal. 4.
Rom. 8.
De Christo.
Heb. 1.
Phil. 2.
Isa. 53.
Psal. 2.
Ioan. 8.

Mal. 3.
Ioel. 2.

De homine:

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Psal. 2.

Isa. 9.

Psal. 17.

- laudis, & inuocationis; laudans inuocabo Dominum, & mox in affectum doloris, circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis, conturbauerunt me &c. Exemplum quartum.
- Psal.* 108. *ps.* Os peccatoris, & os dolosi super me apertum, a quo transit ad alium numerum, loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, & statim redit ad priorem numerum, statum super eum peccatorem. Signum vniuersale, secundum scripturæ morem, non semper vniuersaliter sumitur: Pau: Omnia mihi licent, & tamen ex Dei lege non omnia licent, sic Ioan. illuminat omnem hominem id est omnis qui illuminatur a Deo lumen recipit contra vero, aliqua determinatè dicuntur, vbi numerus finitus.
- 1. Cor.* 10. non semper vniuersaliter sumitur: Pau: Omnia mihi licent, & tamen ex Dei lege non omnia licent, sic Ioan. illuminat omnem hominem id est omnis qui illuminatur a Deo lumen recipit contra vero, aliqua determinatè dicuntur, vbi numerus finitus.
- Ioan.* 1. non semper vniuersaliter sumitur: Pau: Omnia mihi licent, & tamen ex Dei lege non omnia licent, sic Ioan. illuminat omnem hominem id est omnis qui illuminatur a Deo lumen recipit contra vero, aliqua determinatè dicuntur, vbi numerus finitus.
- Apoc.* 20. pro infinito ponitur, *ps.* mandauit in mille generationes, id est omnes in Apocalipsi, Ponitur numerus mille annorum pro toto tempore, quod est inter primum aduentum Christi, & secundum, Aliquando dicitur quidpiam futurum solum per minas, vt corripiant se homines, sicut Ionas clamat, adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.
- Ionas* 3.

Adiumenta, aliqua ad scripturæ intelligentiam. Cap. IX.

- P**raterea vnus scripturæ locus optimè per alium explicatur, estque optimus commentarius, vt scripturæ scripturam explicet; itaque diligens, & attenta lectio, ac meditatio & collatio scripturarum omnium summa regula videri potest nam & phrasis ipsa, & spiritus sit familiaris vt assuetis iam scripturis Basi. familiare est (inquit) Domino, ea quæ aliquid strictum præcepta sunt, per ea, quæ in alijs locis dicta sunt manifestè tradere. J Aug. Conandum est vt ad obscuriores locutiones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla.
- Primò ipsamet scriptura.*
- Act.* 2. illa scriptura quæ ait, Pater maior me est explicatur secundum naturam humanam dici tantum, cum in alia secundum naturam diuinam dicatur, Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu est se esse equalem Deo; Magnopere August. hunc modum commendat exponendi locum vnum scripturæ per alium.
- Lib. 5. de Bapt. c. 1.* Eadem regula utilis esse potest cum occurrunt loca, quæ speciem videntur sibi aduersari; facile erit in eisdem locis aduertere modum conciliandi, vel inuenire alium ex quo appareat, quomodo priora loca concilianda sint. Lex iubet honorare Patrem, & matrem, Christus docet, qui non odit Patrem & matrem, non est me dignus, facile ex alio loco conciliantur.
- Aug. 2. de Doct. Chr. cap. 9.*
- 1. 3. de Doct. Chr. cap. 26.*
- Secundò conciliatio locorum.*
- Exod.* 20.
- Luc.* 14.

Qui diligit Patrem, & matrem plusquam me, non est me dignus, ergo amandi sunt, sed non plusquam Christus, sic Matth. in Viam gentium ne abieritis; & illud, euntes docete omnes gentes, Primum tempore Christi; Secundum autem post illud tempus, & sic conciliantur per locum Actuum; vobis primum oportebat predicare, sed quia indignos vos redditis ecce conuertimur ad gentes. Eodem modo dicitur; Antequam gallus cantet, ter me negabis, quomodo sit intelligendus locus, consule D. Marcum qui ait, Antequam gallus cantet bis, ter me negabis, ergo Matth. significat antequam gallus cantet id est tantum suum absoluat, solet enim bis cantare media nocte, & mane; sic Mich. Bethleem minima es. Matth. Nequaquam minima es. Certè ex modo loquendi intelligo utrobique significari Bethleem minimam esse secundum se, at respectu Christi fore celeberrimam.

Tertiò quando occurrit locus difficilis, & obscurus, considerandum est, argumentum quod ibi tractatur, Scopus eius, qui scribit, titulus libri, & narrationis, antecedentia, & consequentia circumstantia, causa, consideranda oratio, quomodo sit distinguenda, & pronuncianda, Hieron. Necesse est intelligere, cur scripserit ille Propheta, vel Apostolus, quam sententiam sua ratione firmauerint, quid proprium habeant in veteri lege Idumæi, Moabitæ Ammonitæ, quid Corinthij, Ephesij, Romani in nouo testamento.] August. rarissimè, & difficillimè inueniri potest ambiguitas, quantum ad libros diuinarum scripturarum spectat, quam non aut circumstantia ipsa sermonis, quæ agnoscitur scripturæ intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ soluat inspectio] sicut Idem Aug. de illo Iacobi loco si quis totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus; Relegendum est, ait, vnde venerit illa sententia, quæ illam superiora pepererint, quibusque connexa dependeat, Circumstantiæ attendendæ, vt in libro Ecclesiasticis, aliqua dicuntur in persona impiorum, non scriptoris. August. docet modum benè distinguendi, multum referre ad intelligentiam, & cap. 3. modum pronunciandi, quippe sæpè contraria fit propositio si cum interrogatione vel sine ea pronunciatur.

Quarto notitia linguarum Hebrææ præsertim, & Græcæ præter Latinam; Item artium scientiarum, hystoriarum, antiquitatum, Geographiæ; rerum naturalium, & Politicarum, sæpè necessaria est ad scripturarum intelligentiam, August. contra

Matth. 10.

Matth. 10.

Matth. 24.

Act. 13.

Matth. 26.

Marc. 14.

Mich. 5.

Matth. 2.

Tertiò scopus considerandus & argumentum.

Proem. in Epist. ad Ephes.

l. 3. de Doctr. Chr.

cap. 4.

Ep. 29. ad Hier. initio.

3. de Doctr.

Chr. c. 2.

Quarto linguarum notitiam.

De Doctr.

Chr. c. 10.

ignota signa, magnum remedium est, linguarum cognitio, homines linguæ latinæ, quos nunc instruendos, suscepimus, duabus etiam alijs ad diuinarum scripturarum cognitionem opus habent. Hebræa scilicet, & Græca, ut ad exemplaria superiora recurratur si aliquam dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita varietas.] V.g. illud. Pauli. Non vos defendentes charissimi, in Græco est viciscentes, & illud Lucæ, quod

Rom. 12.

Luc. 2.

1. Cor. 16.

superest, date eleemosynam, in Græco est τὰ ἐχούσα id est de his, quæ habetis. Paulus quotidie morior propter vestram gloriam; dubium an sit iuramentum, ex Græco apparet esse, ubi dicitur per vestram iuro gloriam.]

Quinto sciē
tiarum co-
gnitio.

2. De Doct.

Chr. c. 16.

Quinto Scientias, & artes, necessarias esse, ut plurimum docet Clemens Alexan. Prophetica ait, & Apostolica scriptura, artificiosas doctrinas exigunt; de Naturalibus. August. Rerum ignorantia, inquit, facit obscuras esse figuratas locutiones, cum ignoramus, vel lapidum, vel plantarum, vel aliarum rerum naturas, quæ plerumque in scriptura, similitudinis gratia ponuntur. Exempla passim occurrunt, Notitiam locorum Palestinae multum sibi profuisse, ad multa intelligenda, expertus est Diuus Hieronymus propterea Arias Montanus, & Brocardus, & Petrus Bellonius, & Petrus Garfia de his locis scripserunt.

Traditio.

Sexto in explicandis Scripturis sacris magna cura seruanda sunt & in magno habenda honore antiquitas traditionum, Conuoliorum autoritas, Pontificum Romanorum responsa, & decreta Ecclesiae sensus, & praxis, sacrorum Patrum consensus, Vulgata versio latina, ac nemo debet esse audax in cudendis nouis ex ingenio suo interpretationibus, quæ cum his, quæ diximus, non conueniant. De Traditione si quis querat, quomodo intelligatur apud Matt. 5. vxorem non posse dimitti, nisi in causa fornicationis. Traditio semper in Ecclesia seruata exponit, non dissolui matrimonium, nec licitum esse aliam ducere vxorem, sed tantum dimitti posse quoad Thoru; Et illud, quos Deus coniunxit homo non separet. Traditio Ecclesiastica habet posse separari matrimonium ratum nondum consummatum, si alter coniugum religionem aliquam profiteatur, & etiam consummatum, si tam vxor, quam vir communi consensu ad religiosam vitam transuolent. De Concilijs scimus pleraque scripturarum loca ab eis explicata, quorum definitionibus standum est, cum Ecclesiam totam representent, quæ est columna veritatis ad quam ut D. Petrus cum alijs, non vereatur dicere, Visum est Spiritui sancto

Concilia.

sancto & nobis; De Romano Pontifice certum est ad eum tamquam ad supremum iudicem in causis omnibus, præsertim in scripturarum difficultatibus esse recurrendum; Sensus Ecclesiæ totius errare non potest, adeo ut Christus dixerit, si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus, Item Ecclesiæ praxis, tamquam optimus commentarius, habenda est. Si occurrat difficultas, ut aliquando fuit an Heretici, vel baptizati ad Hæreticos, ad Ecclesiam redeuntes sint rebaptizandi, recurrendum ad praxim Ecclesiæ, quamvis enim de non rebaptizandis Hæreticis de scripturis canonicis non proferatur, exemplum earundem tamen scripturarum etiam hac in re à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod uniuersa iam placuit Ecclesiæ quæ ipsarum scripturarum commendat auctoritas; & hanc regulam vrget Augustinus valde in libris contra Donatistas. De consensu Patrum Aug. sensum scripturæ non pro arbitrio peruertendum, aut detorquendum esse docet, ut sciamus Sanctorum Patrum expositionem consonam, & communem Catholicorum consensu tenendam esse qua de re agemus etiam in secunda parte: Vulgatam latinam nostram versionem agnoscendam esse, ut legitimam, & defendendam, docet Conc. Tridentinum Denique si quis in scripturis exponendis nimis audeat, & non innitatur his principijs, sed suo ingenio, non carebit temeritatis nota & errorum se periculo exponet. Hæc de sensu literali dicta sint, nam de sensu mystico in Secunda parte huius institutionis aliquid dicam, nunc ad alia, quorum scientia Oratori Christiano necessaria est transeamus.

Ecclesiæ sensus.
Matt. 18.

Consensus patrum.
De pecc. mer. & rem. c. 6.

Studium Scholasticæ Theologiæ . . . Cap. X.

Theologia quam Scholasticam appellamus, nullo modo debet carere noster Orator, ut ab errore non solum absit, sed abesse quoque se sciat, sæpe enim de Deo agere debet, & eius perfectiones explicare, de prouidentia, Iustitia, misericordia, sapientia, de varijs fidei dogmatibus, de sacramentis, de verbo incarnato, de virtutibus & vitijs, de præceptis Dei, de legibus etiam differendum est, quæ omnia cum in Theologia tractentur, & expendantur inde peti debet eorum cognitio; Neque satis est tutum ex cuiuspiam scripto desumere tum quia prædicare quæ non intelligas, temeritate non vacat, magnumque est periculum, si vel uoculam mutes, tum quia nec eloqui, nec pronunciare, ut opus est, quisque potest, quæ non

non

non satis cognita habet. Præterea sacras scripturas, in quibus totus est Christianus Ecclesiastes, nisi ex Theologiæ decretis, fidei dogmatum explicationem luculentam perceperit, raro poterit sine erroris, vel temeritatis periculo in vulgus proferre, Igitur hæc in re hæc monita mihi tenenda videntur; Primo cum aliquem locum, qui ad doctrinam spectet, tractabit, si quid dubitat, perlegat prius, quid ea de re graues Theologi sentiant, ac modos loquendi, ac verborum, proprias notas aduertat, interroget doctos, nec quiescat donec rem omnem peruestigauerit, ut possit tamquam Doctor in suggestu disserere; Alioquin sciat sæpè se ridiculum fore sapientibus, nec raro offensurum cum graui sui, & aliorum iactura, Nam vel vnum verbum, non aptè, & loco prolatum, meritò, vel inscitiam disferentis, vel iudicij imbecillitatem arguit. Quin etiam locus aperitur delationibus, calumnijs, dissidijs, & magnis Christiani populi scidalis.

Difficultates
Theologicae
non attingen-
dæ ab eo qui
non optimè
callectat.

D. Thom.

Doct. alijs
præferenda.

Vfus Theo-
logiæ.

In summa me quidem authore, qui quaestionem quampiam non rectè callet, eam nequaquam attinget, nam nisi probe teneat, nunquam fere poterit ita consideratè agere, etiam si aliena verba referat, quin docti animaduertant dicentis inscitiam, ambitiosè scientiam ostentantis.

Secundo inter omnes Theologos, sit præcipuè affectus erga doctrinam Angelici Doctoris, tum quia est valdè copiosa, & vniuersalis, omnium rerum argumenta complectens, siue quæ ad speculationem, siue quæ ad actionem pertinent, tum quia est valdè solida, & firma optimis innixa firmamentis, tam scripturarum, quas copiosè, & eruditè tractat, quam rationum naturalium, & moralium, quas omnes quemadmodum etiam sententias sanctorum Patrum benè, & enucleatè proponit, ita vt diuina, & humana ferè omnia contineat, tum quia est ordinatissima, & maximè dilucida, quæque in aures populorum non difficilè instillari possit. Tertio ex hoc Theologiæ studio, præsertim D. Thomæ copiosam supellestem sibi cõparet, quæ vsui deinde sit ad tractationes de virtutibus, & vitijs, de fidei dogmatibus, de iustitia Politica, & Christiana, de Sacramentis, de statibus hominum diuersis, & alijs rebus huiusmodi. Quæstiones tamen planè, vt vocant, speculatiuas scholis relinquat, nec nisi raro, & modicè in suggestu attingat, eas præsertim quæ vix à populo intelligi possunt, aut non sine aliquo periculo, cuiusmodi sunt de prædestinatione, de libero arbitrio, de potentia Dei absoluta &c.

Quarto modus autem proponendi populo, doctrinas ex
Scho-

Scholastica Theologia erutas, est, vt non vtatur concisis Theologiae concertationibus, aut obscuris scholae vocabulis, sed eas diligenter enucleatas, & ad communem quantum fas est, loquendi modum, intelligendique vsum redactas, populo exponat. Plurimum enim interest; Vtrum in Scholis ad viros eruditos, vel studiosos iuuenes disputatio habeatur, an in templo coram promiscua multitudine verba fiant: Quare oportebit ipsam sententiam referre ex aliquo V.g. D. Tho. articulo desumptam verbis dilucidis, & optime significantibus, eam dein de suis rationibus, scripturisque confirmare oratorio more, magis ad persuadendum, quam dialecticorum, ad disputandum: stylo adhibito concionibus accommodato, subtilitate, argumentorum, contortoque, ac spinoso sermone, gymnasijs relicto. Qui audierunt Concionantem Patrem Laynez, nostrae Religionis Praepositum generalem, testes sunt, eum res scholasticas tanta facilitate solitum in concionibus ad populum explanare; vt vel pueri perciperent; ego plane commendarem, Concionatoribus vt aliquem D. Thomae articulum in pulpitis tractarent, stylo tamen D. Chrysostomi, dilatando, adhibitis similibus, ac figuris varijs eloquenter, & acriter.

LECTIO SANCTORUM PATRUM . Cap. XI.

Qui vult proficere in hac concionandi facultate, debet multum olei, & laboris ponere in euoluendis ac legendis Sanctorum Patrum voluminibus, tam Graecorum, quam Latinorum, ex quibus non solum multum eruditionis colliget, sed etiam luculentissimos hauriet thesauros, quibus instructus, ac ditatus, erudite, ac facile, grauius, copiose, & efficaciter, de quacunque re proposita agere poterit. Horum porro vestigijs, & lucubrationibus omnino inhærere debemus multas ob causas, sunt enim in ijs quæ dicunt, ac docent admodum certi in expositione scripturarum valde fideles, in persuadendo efficaces, eorumque sermones ex vitæ sanctitate promanantes, huiusmodi sunt qui debeant, nobis proponi tamquam exëplar ad dicendum, & imitandum. Quo verò sit lectionis huius labor vtilior, hæc mihi adiumenta succurrunt, quæ etiam omnium librorum vtilium lectioni proderunt.

Primum, aio sedulum Concionatorem debere sacros libros, & Sanctorum Patrum volumina, vt cum Poëta loquar, nocturna versare manu, versare diurna, vt paret sibi opes sententiarum,

Modus legendi sanctos Patres cum fructu.
Primum documentum.

- Cic.* rum, rerum, exemplorum in omni genere locutionum. Neque sit turpe nobis, ut ille dicebat librorum esse helluones, ut alij sunt cibarium, & ut attentè non cursim, non oscitanter, nec carptim, sed cum diligentia à principio ad finem perlegamus. Atque adeò cum occurrunt aliqua utiliora repetenda est lectio, ut sicut cibos mansos, & penè liquatos deglutimus, ut coquantur facilius; Ita inter legendum eximia, non quasi cruda, & solida, sed multa iteratione molita, & veluti confecta memoria, imitationique tradenda sunt. D. Ambr. afferens locum Pauli, debet, ait, sacerdos complecti eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere, subdit quod utique sollicitæ, atque intentæ meditationis est, non perfunctoriæ lectionis, & addit quod dicitur ad Tim. attende lectioni, & doctrinæ, lectio enim frequens, nec intermissione aliqua desinita, doctrinæ munus operatur.]
- Super ps. 118. serm. 18.* Secundum. Secundo Authorum diligenter habendus est delectus nimis optimus quisque primum, ac plurimum tenendus. Illud vero hic annotauerim, Cum primum aliquod opus in manus sumitur, authoris est perlegenda vita, quod valet ad intelligenda quæ is docet, & iusto pondere æstimanda, nam occasio scribendi, Aetas qua scriptum est opus, & alia id genus cognita, lectori quasi præferunt facem, ut iam non solum videatur sibi librum euoluere, sed etiam audire disputantem: Eodemque modo pondus habent tanto maius, minusvè dicta, prout illa dispar autoritas factorum commendat; Suaserim quoque codices assumi quam optimos, & scholijs, si quæ ædita in eos sunt, probatissimis illustratos, quæ pariter cum contextu legantur, cui rei vsui erit Antonij Posseuini apparatus facer, est autem hæc monitio eo necessaria magis, quod quædam in veterum scriptis occurrunt, quæ nondum eorum temporibus explicata satis, postea sancta Ecclesia declarauit, & sanxit.
- Tertium documentum.* Tertio in materiæ argumentique delectu, & ordine lectionis videtur mihi utilius esse, ut prius incipiat legere eos Patres, & aliquos libros eorum, qui sacras literas explicant, quæ facile parabunt viam ad alia opera, in quibus certæ materiæ tractantur, quia ex scripturis solent multa, ex ijs quæ dicuntur, erui, ijsque confirmari, ut solidis argumentis. Rursum libri in quibus res morales docentur, videntur (ut plurimum) prius esse legendi, quam ij, qui dogmata, vel controuersias in Hæreticos, vel gentes disputant, quia ordo à facilioribus ad obscuriora

flora est magis secundum naturam. Item antea legenda volumina, in quibus loci communes Theologici agitantur, ut plerique sunt apud August. Hier. Greg. Bernar. Dam. & alios, quia hæc tractationes viam aperiunt ad alias, & ordo doctrinæ à communiõibus vult incipiendum esse, in horum autem lectione id putarem obseruandum, ut libris, qui vel scripturas diuinas, vel moralia tractant, magis immoretur lector, tanquam vtilioribus, & ad suam facultatem magis accomodatis, libros autem in quibus subtiliora Theologiæ disputantur, ad otium referret, & celerius percurrat.

Quarto optimum est, idque est in omni disciplina commune præceptum, ut popius multum, quam multa legantur, itaque inhaerendum est maxime vni scriptori, & ille penitus in nutrimentum, & quasi succum nostrum trahendus. Doctrina est, & consilium prudentissimi, hac in re Seneca, non esse per varios libros inconstanter errandum; vide Epist. ad Lucil: mixta (inquit) lectio multorum authorum, & omnis generis voluminum habet aliquod vagum, & instabile, certis ingenijs immorari & innutiri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est, qui ybique est, in peregrinatione vitam agentibus, hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Nihil æquè sanitatem impedit; quam remediorum crebra mutatio, fastidientis stomachi est multa degustare, quæ vbi varia sunt, & diuersa, inquinant, non alunt; & iterum lectio certa (inquit) prodest, varia delectat, qui quo destinauit peruenire vult vnã sequatur viam, non per multas vagetur, non ire istud, sed errare est, sed placet magis ex Ber. audire quam ex Seneca, ad fratres de monte Dei ait Certa lectio certis horis vacanda est, fortuita enim, & varia lectio, & quasi casu reperta, non ædificat, sed reddit animum instabilem, & leuiter admissa leuius recedit à memoria. Sed certis ingenijs immorandum est, & assuefaciendus animus, & de quotidiana lectione aliquid in ventrem memoriæ demittendum, est, quod fidelius digeratur.] iuuabit etiam prudens admonitio Isidori: Lectio (inquit) memoriæ auxilio indiget, quæ si fuerit naturaliter tardior, frequenti tamen meditatione acuitur, ac legendi assiduitate colligitur, sæpè prolixa lectio longitudo causa memoriæ legentis abstergit, quod si breuis sit, submoto libro sententia retrahitur in animo, tunc sine labore legitur, & ea quæ lecta sunt, recolendo, à memoria minimè excidunt] & addit: Acceptabilior est sensibus lectio tacita, quam

ob mutatio
moro rnu
4. 2. 2. 2. 2.
8. 2. 2. 2. 2.
Quartum

Epist. 2. ad
Lucil.

Epist. 45.

Ber. ad fra-
tres de mon-
te Dei.

Lib. de st. b.
bo. c. 14. ad
finem.

quam aperta, amplius enim intellectus instruitur, qua fido. robor
 legentis quiescit, & sub silentio lingua mouetur, nam clare legendo,
 & corpus lassatur, & uocis acumen obtunditur. Quinto nunquam fere in cer
 legendu ponendus est calamus: fluxa memoria est quicquid conseruatum vis
 tum ad hanc rem uolumen ad sua quaque capita reuocato, ac
 tene constanter propositum, post aliquantum spatium, ingenio
 tibi non magno labore supelletilium comparabis. Noster Beatus
 Pater Ignatius uult, ut nostri, compendium aliquod collige
 rum, de uirtutibus de preceptis &c. Sed prudentia est adhibe
 da, non enim omnia scribenda sunt, eximia quaedam & illustria
 excerpantur, & iisdem uerbis si habeant quid notabile, alio
 qui fatius erit, indicato auctoris loco, rem summam perfum
 gere. Ad hos locos communes parandos, maxime in uis
 les sunt digressiones Chrysostomi in Epistolas Pauli, & sermo
 nes ad populum Antiochenum, S. Basilij tractatus, Augustini
 psalmos, & serm de uerbis Apost. & de uerbis Do. sermones
 Sancti Bernardi in Cant. & alij eiusdem sermones, Moralium
 B. Gregorij, ac Dialogi, hystoriae Ecclesiasticae, ut & sanctorum
 Patrum fideliter scripta ab Athanasio, Hieronymo, Salpicio,
 Palladio, & alijs. Potuissent hic etiam adijcere indicem, uel
 catalogum locorum communium, in quem redigenda sunt om
 nia, qua inter legendum occurrunt, ut singula in suas classes
 referantur, ut commodè, cum usus incidit inueniri possint, &
 methodum item assignare, secundam, quam ordinandi sunt hu
 iusmodi tituli & conseribendum uolumen: Sed hunc laborem
 diligenter, & copiose executus est Laurentius a villa Vincen
 tio, ut omnino mihi super sedendum sit: huius auctoris quatuor
 libros de formando Theologiae studio, moneo studiosum Con
 cionatorem, ut legat, multa enim inueniet cognita digna, qua
 auctor ille eruditè, pie, prudenterque pertractat.

Quintum do
eumentum.

Const. p. 4.
cap. 8.
Locomm co
muniu. r. us.

sa. e. 3. q. 2.

17. 1. q. 2.

in la. non
nom. de con
1. de

Sextu Colla
tiones cum
alijs.

Quintaxat sensum breuiter exponentes, ita sperare facile ad peritiam diuinarum literarum quempiam breui peruenturum. A Tirone autem nihil ultra requiro, quam ut eius sacri libri quem legit, & conatur intelligere, ex aliquo graui, probatoque commentario interpretationem petat.

Septimo solet iure commendari inter laudatissima quaeque exercitia, quando in pauca contrahimus, quae ab alijs fusius docentur, & summa quaedam totius tractationis capita, in compendium redigimus, quod cum fructu fiet, praesertim cum in genere didascalico gratis aliqua thesis, ab aliquo erudito doctè absoluteque tractata, in manus nostras venit. Denique Octauo ex lectione sanctorum Patrum etiam spiritum, dicensque modum animaduerrat singulorum, ut imitari possit. In Augustino acumen, in Hieronymo copiam sententiarum, & candorem, inique sermonis, in Gregorio modestiam prudentiamque ad omnes morales actiones, in Leone grauitatem, in Christostomo fusam, & aptissimam ad persuadendum eloquentiam, in Bernardo dulcedinem, ex quorum omnium, aliorumque quamuis varijs dicendi generibus, tanquam viuis coloribus concionem suam noster ecclesiastes, si scite omnia dispenfer, reddere illustrem poterit.

Septimum documentum. Compendia vtilia.

Notitia Cathedismi Canonum, linguarum & Phi. I. Capl. XII.

Scholastica Theologia cognitio, quam in Concionatore paulo ante requirebamus, facile cum instruet, ad alia multa pernosceda, quae callere penitus debet. In his praecipue Cathedismi materiae namerantur, quae accurate & sapienter comprehensa sunt eo libro, qui dicitur Cathedismus ad parochos editus auctoritate Conc. Tridentini, qui piber debet esse Concionatori optimè cognitus, & loco multorum voluminum esse potest, praesertim dum pagos & oppida, euangelizando peragrat. Ea quoque quae ad fidei dogmata aduersus Hereticos confirmanda pertinent, habere perspecta debet, quae in suis conuersionibus examinat accurate Cardinalis Bellarminius, & alij saepe autem offeretur occasio, quam & ipse arripere libenter debet explicandi ea, quae ad doctrinam Christianam pertinent, quia certum est multos esse in populo, qui tali eruditione opus habent. Nam quamuis parochis proprie hoc munus iniunctum sit, & multis locis cathedisticae scholae diebus festis habeantur,

tur,

tur, tamen vel illi suas partes non explent, vel ad scholas huiusmodi grandioris ætatis homines non accedunt, ut omni etiam pars hæc laboris Prædicatori relinquatur: ad quem alio, qui pertinet sicut impellere ad faciendâ populos, ita & sciendâ docere; Contra Hæreticos vero ita agendum est, ut ubi Hæreses non vigent, non tractentur controuersia, ut alibi monemus, multo minus Hæreticorum argumenta rudibus populis proponantur. Præterea notitiam Canonum, quæ ex decretis, & Pontificum sanctionibus constat, non solum in concionatore, sed in quolibet sacerdote, qui alios est docturus, exigunt Patres. Leo. in Epist. ignorare nunquam licuit sacerdoti, quod canonum fuit regulis definitum. Celestinus Papa, nulli liceat Sacerdotum Canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum possit regulis obuiare Greg: qui ea quæ Dei sunt (ait) sapiunt, à Domino sapiuntur, & qui ea quæ Dei sunt nesciunt, à Deo nesciunt. His cohæret quæstionum conscientia cognitio, & ipsa concionatori necessaria, tum quia sæpè vsus incidit, earum aliquas publicè pertractandi, tum vel maxime, ut queat priuatim respondere interrogantibus. Qui labor neque commodè potest, nec ferè debet omnino vitari, cum præcipuo quodam studio, ac pietate populus responsa prædicatoris excipiat.

Notitia Canonum.

Dist. 38.
c. nulli.
In past. 1.
par. c. 1.

Notitia quæ
tionum Con
scientiæ.

Linguarum
notitia.

Dist. 8.
Cap. vt ve
terum.

Linguarum etiam præter Latinam, Hæbraicæ, & Græcæ deberet saltem mediocrem habere cognitionem præsertim ad sacras scripturas, uti supra diximus intelligendas; quarum sententia ex his linguis melius percipitur, tum quia testamentum vetus Hæbraica lingua maxima ex parte est conscriptum, & nouum Græca præter Matthæi Euangelium, & Epistolam ad Hebræos, quæ secundum aliquos Hæbraicè censetur scripta, neque potest negari, quin propria lingua purius quodammodo exprimentur sensa, quam in versionibus, ut aqua suauior, ac purior bibitur in fonte, quam ubi per canales excurrit. Certum quidem est in vulgata nostra versione, eandem sententiam omnino exprimi, sed id fit aliquando obscurius. Quare Augustinus obscuris locis veteris testamenti, consulendos libros Hæbraicos admonet, in nouo Græcos. Eandem ob causam in Concilio Viennensi sancitum est, ut in publicis Academijs stipendia contingerentur, viris doctis, quæ has linguas publicè profiterentur. Tum quia multam rerum copiam colligere licebit ex ipsis veteribus, ac phrasibus, & idiotisimis linguæ ad explicanda diuersa mysteria, & sacramenta, ut in multis sanctorum, ac doctorum

viro-

virorum commentarijs apparet, quæ tamen explicationes, aut animaduersiones non ita facile in versione sese obtulissent. Hi autem qui ex aliorum eas scriptis, & obseruationibus assumunt, magnū periculum adeunt, ne rem satis intelligere, & explicare possint, & in pronūciatione peregrinarum vocum, quas ignorāt ridiculè labantur. De Oratoriæ facultatis scientia mox agam.

Philosophiæ moralis peritia multum adiumenti præbebit: quæ tota cum agat de virtutibus, & vitijs, de prudentia monastica æconomica, politica vberem suppeditabit dicendi materiam, si tanquam administra, & famula seruiat Euangelio. De naturali vero Philosophiæ, & liberalium artium vsu id moneo. Primo non esse absurdum aliquando his vtī ad nostra confirmanda, & explicanda; Cum ex diuinis scripturis, ait Clemens Papa, integram quisque, & firmam regulam charitatis susceperit, absurdum non erit, si etiam aliquid ex eruditione communi, & liberalibus studijs, quæ fortè in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen vt vbi vera didicerit, falsa, ac simulata declinet.] Aug. etiam laudandum putat Oratorem Christianum, qui spoliare sciat Ægyptios vestibus, auro, argento, atque ad ornatum tabernaculi ea conferre, quibus illi ad luxum, & fastum, nec non ad prophana falsorum Deorum fucanda, indignè abusi sunt.] Naz. reprehendit eos qui paruo iudicio inducti externam Philosophiam repudiabant, & ait Non ideo execramur stellas & cælum, quæ aliqui superstitiosè pro Dijs coluerunt, & ijs Diuinum honorem tribuerunt; sic neque externas doctrinas debemus reiicere, quamuis aliqui abutantur.] Secundo si quis multum temporis tereret in philosophicis rebus, quæ curiositatem solum nutriūt, & naturalium operum secreta scrutantur, & elementorum plantarum, animalium, vel etiam si moralia afferret, tamen multas Philosophorum Ethnicorum sæpè inferciret sententias, esset merito reprehendendus, cum suggestus non sit locus explicandi Philosophiam, sed scripturam sacram nec virtutes quæcunque tradendæ sint nobis, sed Euangelicæ. Nec mirum si veterum quidam Patrum in Philosophicis rebus multi fuere, quia confutanda tunc vana erat philosophia quæ occasio iam non est, quare illis in præsentia parcè vtendum erit,

Philosophiæ
cognitio.

Dist. 37. c.
relatum.

2. de Doct.
Chr. c. 40.

Orat. de
laud. Basili.

Parcè vtendum
Philosophicis.

Historiarum & rerum politicarum peritia.
Cap. XII.

Historiæ qua-
les afferendæ.

Tertio Historiarum narratio supramodum ornare potest orationem, si cum delectu, ac tempestive explicentur. Experimento etiam constat usum exemplorum ad mores componendos habere plus virium sæpè quam ipsas rationes, præterquam quod populus ea, & libenter audit, & memoria tenacius retinet, quam præcepta; Sed historiarum prophanarum frequens usus non valde conueniens est sacræ Concioni, nec videtur sanctos viros in sermonibus ad populum ijs nisi parcissimè uti, ut cum proponuntur facta quædam præclara, quæ multum ad bonos mores valeant, & possint malis Christianis ruborem afferre. Habet tamen suum in loco fructum etiam talium historiarum non nulla cognitio, & varia possunt incidere tempora, quibus pro rerum, & auditorum statu, dictionis summa vis ex memoria veterum annalium pendeat. Nam S. Basilii orationem ad iuuenes totâ fere ex antiquorum sapientia Ethnicorum contexuit, ut ea potissimum diceret, quæ audientium studijs maximè congruebant, veruntamen nos, eo parcius utimur alienis, quo magis & nostris, & longe melioribus abundamus. Præsto enim sunt Ecclesiasticarum rerum scriptores egregij, ut nulla sit necessitas, quod suppetit domi, foris emendicare, In his tamen adhibenda est diligentia, ut ex probatissimis quibusque authoribus historias sacras petamus, ut sunt Eusebius Pamphili cum Ruffino, Cassiodorus, qui tripartitam congescit ex Theodoretto, Sozomeno, Socrate, Nicephorus, Victor Vticensis, Beda, Sigisbertus, & alij. Rursus adhibenda est prudentia ipsis narrationibus afferendis, Aliqua enim non sunt populo proponenda; ne offendant: Aliqua non sunt imitanda. Aliqua sunt particularia, non vniuersalia, quædam in certum finem facta sunt propter aliquam occasionem cum certis conditionibus, quæ si mutantur, ut sæpè contingit, non erit probandum id, quod narratur. Inter hos autem, scriptores, Annales suos tam copiosè, & erudite conscripsit Illustrissimus, simulque pijsimus Cardinalis Baronius, ut multas Concionatori opes suppeditaturæ, apud quem omninò videndum est de scriptoribus illis iudicium, atque censura, ut sciamus quantum cuiusque authoritatis sit tribuendum. Neque solum antiquas historias, sed etiam recentiores afferat; experimento enim nouimus ab

quam

quam narrationem ex his appositè allatam a Concionatore, magnam in animis audientium excitasse commotionem. Nam sicut veteribus inest veneratio antiquitatis, ita recentioribus inest gratia nouitatis; Curet autem, vt quæ affert sint valde certa, habeantq; idoneum authorem, nec miracula, vel exempla narret, quorum possit esse dubia fides, & veritas.

Expectabit aliquis vt de fabulis dicam, quas etiam oratori suo notas, seculares magistri volebant. Breuiter ita mihi videtur, Apologos quidem non esse omnino prædicatori repudiandos, extant enim etiam in sacris literis quidam, & apud sanctos Patres aliquando vsurpati; sic Naz. affert apologum de Echo contra mulieres; sic Greg. Niss. suadet Christianis ne Christi nomen factis ementiantur, ex Apologo simiæ quam præstigiator in saltatricem exercuerat, natura occultata: quæ tamen proiectis in orchestram à spectatore quodam bellarijs, oblita saltationis, & plausuum ad ea cucurrit, & ne impedimèto esset persona, vnguibus eam dilacerauit, atque ori detraxit; sic Theod. in Michæam, calamitatem populi Israelitici demonstrat ex fabula filiarum Syrenarum. Sunt huiusmodi Apologi accommodati multitudini erudenda, quales multi sunt apud Aesopum; fabulas autem poetarum numquam nisi fortè cursum interdum, atque contemptim attingendas puto. Illud cerè vir doctissimus Caietanus præcipit, non esse in his sensum mysticum perquirendum, Nam cum S. Thom. docuisset, eandem rem posse per signa diuersa significari, determinare autè quo signo vtendum sit, pertinere ad significantem, qui in rebus fidei est, Spiritus sanctus addit hæc grauissima verba. In response ad primum Aduerte (inquit) quam præsumptuosa, iniuriosa, ac sacrilega sit eorum solertia, qui proprias, aut poetarum similitudines, tanquam spiritualium simulachra, interpretantur, scribunt, aut prædicant, vsurpant enim officium Spiritus sancti, cuius iudicio res aliqua instituta sunt, in figuram, aliarum, dicente Apostolo omnia in figuram continebant illis: vilificantque sacram scripturam, dum ex tali fictione occasionem dant credendi, quod similiter humano spiritu sunt figurata ea, quæ sunt in sacris literis, quemadmodum hæc, quæ audiunt humani dexteritate ingenij coaptata, & sic multum, authoritatis sacre scripturæ figuris detrahitur.] Ita Caiet. ex his facillè est intelligere, religioso magis conatu, quam secundum scientiam; Bercorium, pium alioqui, ac doctum virum huiusmodi allegoricas interpretationes, quandoque in quibus-

L 2 dam

De fabulis quid sentienda.

Opusc. I.

Caietani optima sententia.

3. p. 9. 60. art. 5. ad 1.

dam vanis, atque ridiculis figmentis rimatum esse; quod idcirco solum monuerim, ne ad eas, aut similes ineptias Concionatorum aliqui per imprudentiam adhærescant, & tamen aliqui prædictus scriptor his demptis, multa in suis libris colligit, quæ prudentem Concionatorem iuuare possint.

Rerum politicarum cognitio etiam utilis.

Postremò addendum est, rerum Ciuiliū suæ prouinciæ, & negotiorum politicorum, contractuum, consuetudinum, statuum diuersorum aliquo modo peritum esse oportere Verbi Divini doctorem, ut intelligat, qualis sit, vel esse debeat æconomica disciplina patrum in filios, ac familiam, coniugum, dominorum: quis modus fori Ciuilis, ac iudiciorū habeatur, & actionum forēsium, debet nosse munia magistratuum Ecclesiasticorum, Iudicum, nobilium, militum, mercatorum, artificum, rusticorum, iuuentutis, puerorum, senum, neque id mirum cum sit communis quidam magister. Itaque cum sapè horum mores, ac vitia debeat corrigere, nisi veram notitiā habeat, multa dicet, quæ non debuerat, & multa quæ debuerant dici reticebit. Doctrina hæc Chrifostomi est Non solum (inquit) mundum, purumque sacerdotem oportet esse, ut qui tali ministerio dignus habitus sit, sed etiam imprimis prudentem, atque adeo multarum rerum prudentia instructum, ornatumque in tantum, ut secularia, mundanaque omnia nihil minus nosset quam norunt ij, qui in media hominum turba versantur. Rursum rerum omnium mundanarum securior uiuat, quam montes, qui montes ipsos habitandos occuparunt, nam cum illis necesse sit eorum hominum consuetudine, & congressione uti, qui & vxores habent, & liberos alunt, & seruos possident, quique & diuites admodum sunt, & publicè negotiantur & potentia pollent, certè varium esse conuenit, varium autem dicere non subdolum &c. sed magna tum libertate, tum fiducia peritum]. Proderit præterea hæc peritia Concionatori, ut iudicet quid, & quantum, & qua moderatione sit loquendum, quæ urbanitate, ne absurdè, ne rusticè, sed cum modestia, & frugalitate agat. Etiam rerum naturalium, atque adeo artificialium cognitio in Concionatore exoptanda est: quia ex naturis rerum, & operibus artium multæ solent, comparationes accommodatæ afferri, multumque venustatis affert orationi, si prudenter utatur, interdum qui dicit, verbis, ac locutionibus in arte retatis, ut si loquatur de nautica, militari pictura, moribus quibus nautæ, milites, pictores utuntur, dixi id habere venustatem, si fiat prudenter, & interdum, quia si temerè fiat ac per-

sim habet affectationem, & curiositatis leuissimæ indicium, ac ostentationem extra rationem, nam viri graues vulgariū rerum malunt videri rudes, quam prudentes, multoque magis orationem seriam, & sacram decent voces quædam cōmunes, ac genericæ, ea tamen cognitio quam dixi repudianda nō est, quia & in loco habebit approbationem talium vsus vocabulorum, & aptius communia vsurpare poterimus cum cognouerimus propria. Ad hanc autem Ciuiliū rerum, quas diximus peritiam iuuabit experientia rerum, vel saltem communiatio cum peritioribus, vt cum de eis loquitur, non omninō appareat imperitus. Video multa me exigere ab eloquente nostro; sed rerum quas tractat grauitas, & muneris amplitudo, non potest absque hoc tanto tamque multiplici instrumento consistere. Nam quamquam nos neitiquam sophistam informamus, qui de re quacunque proposita profiteatur, se vel ex tempore in vtramque partem dicturum, instituimus tamen Euangelicum præceptorem morum, totius Christiani populi magistrum. Sacrarum literarum, & diuinorum mysteriorum, enarratorem, neque eum ieiunum, & aridum, sed facundum, & audientium animos ad virtutem, & sanctitatem incitantē, errores redarguentem, exterminantem vitia, & alia eiusdem modi, quæ sanè qui rectè consideret etiam hoc tanto, quantum nos exigimus apparatus, tractari pro dignitate vix possunt. Nec pauciora sancti Patres exposcunt vt faciliè videre erit, si quis totum hoc opus percurrere voluerit, nunc addamus quod in Conc. Colon. habetur; Nemo (ait) erit concionator absolutus, cui præter vitam exemplarem non adsint quæ sequuntur, scilicet cognitio scripturarum vtriusque Testamenti; Ingeniū velox, solers, atque versatile; Eloquentia vehemens suadibilis, ac suavis, nec minus temperata, quàm copiosa, prudentia rerum, ac personarum docendarum experientia multiplex, immobilis constantia. Denique spiritus, qui si deerit reliquis donis parum profecerit; non enim vos estis qui loquimini; sed spiritus Patris vestri; Audiatur item orator noster quid ei laboris & oneris imponatur ab Ecclesiastico Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit, idest hauriet sapientiam ex veterum scriptorum lueubrationibus, vt apis quæ vndique flores ad mel conficiendum colligit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, idest non suo ingenio fideri in scripturarum lectione, sed enarrationes celebriū, ac magni nominis virorum. Sequitur in versutias parabola-

Multiplex
notitia Ora-
tori Christia-
no necessa-
ria.

Cap. 8.

Explicatur
locus.
Eccle. 39.

rum simul introibit, hoc est argutias, & obscuritates reconditarum sententiarum inuestigabit diligenter, quod clarius reperit more scripturæ, subdens occulta prouerbiorum exquiret & in occultis parabolarum conuersabitur, in medio magnatum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit, & in terram alienigenarum gentium pertransiet, significat sapientem, ex multa locorum, personarum, & negotiorum varietate experientiam captare, quæ ad sapientiam valent plurimum. ideo cum magnatibus versatur ad exterâs nationes, transit sicut

3. Reg. 10. Regina Saba ad audiendam Salomonis sapientiam venit. Et Moyses Aegyptiorum sapientia fuit edoctus. ideo subdit Bonus enim, & mala in omnibus tentabit, omnia experietur, & modo fiet prudens, ac sapiens. Denique subdit id in quo summa consistit. cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, à quo suscipiet, vt tamquam copiosos imbres emittat eloquia sapientiæ suæ ad irrigandas terras populorum aridas, & manifestabit disciplinam; Prudentiam autem adhibebit his rebus addiscendis, & nequaquam existimet sibi per diuersa loca otiosè vagandum, neque in his curiositatem pascendam, vt quidam faciunt, sed modèstè ea inquiret & à peritioribus addiscet, quæ ad pias doctasque conciones, & veræ pietatis fructum per opportuna videantur.

*De præexercitamentis qua ad bene concionandum iuuantur
ac primo de Arte lectione & Auditione.*

Cap. X I V.

Artis adiu-
menta.

Post ea, quæ de officio, de virtutibus de scientia nostri Oratoris dicta sunt, placet aliqua præexercitamenta, seu gymnasiata hic adiungere, quæ possunt plurimè adiuuare ad Euangelicam, & ecclesiasticam dictionem comparandam, quibus Christianum oratorem antequam in publicum exeat, exerceri deceat, vt autem res tota prius, quasi in tabella describeretur: Affero ad bene concionandum tria omnino, concionari, præter spiritum, ac virtutes scilicet, naturam, scientiam, idoneam, & artem. Ad artem autem confirmandam, & reuocandam in usum multa sunt adiumenta, quæ possunt communè vno exercitationis nomine comprehendi, cuiusmodi sunt, Lectio, non quorumcunque authorum, hoc enim ad scientiam pertinet, de qua iam diximus, sed Oratorum idest Concionatorum, seu antiquorum, seu recentiorum, in quibus tanquam

in exemplari mortuo cernitur vsus artis , Auditio prædicatorum
 in quibus tanquam in viuo exemplari apparet expressa ars ;
 Præterea cogitatio imitatio, scriptio, declamatio, cui adiunctus
 est monitor, seu instructor, & vsus ipse verè concionandi, denique
 diligentia, quæ non tam nouam exercitationem affert, quam
 omnia acuit, & maximè perficit . Hæc autem sunt quæ artem
 sequuntur, & requirunt iam cognitam : omnino enim manife-
 stum est neminem vtiliter posse aut legere ad obseruandum præ-
 cepta, aut obseruare dum audit, aut cogitare, scribere, decla-
 mare, nisi iam artis præcepta, norit . Quare prudenter Fab. de
 his agit, lib. 10. sicut, & à me in calce secundæ partis potuissent,
 hæc ipsa tractari, post eas quæ ibi afferuntur artis præceptiones.
 Sed quia quæ nos instituiamus, iam ponimus vulgarium Rhetor-
 um præceptis imbutum, placuit hoc loco de his pauca agere, vt
 pars secunda tota relinquatur obseruationibus circa artem :
 hic autem omnia, quæ sunt aliquomodo extrinseca arti, vbi de
 ipsius Concionatoris agitur persona, describamus . Igitur sin-
 gillatim, quæ vnuerfim delineata sunt percurramus, & qui-
 dem de Natura alibi dictum est, vbi de Vocatione, deque ta-
 lento, ad concionandum necessario loquuti sumus . Nunc illud
 solum dico, certissimè statuendum quod & Rhetores seculares
 in suis ponunt institutionibus parum, aut nihil ad eloquen-
 dum profutura, quæ ex arte proponuntur subsidia, nisi adsit na-
 tura saltem mediocriter idonea . Hæc enim est quæ excoli ac
 perfici debet quæ si valdè repugnet, frustra niteris, quemad-
 modum si arenam, aut saxum, velis excolere . Verum sicut
 ager suapte sponte pinguis, ac fertilis, nisi excolatur inutiles
 herbas profundit; at vbi cultura accesserit, optimas cultori
 fruges, easque vberes reddit; Ita plane artem, posita idonea
 natura, necessariam esse dicimus, non solum ad extirpanda
 vitia, sine quibus nemo nascitur, sed etiam ad perficienda ea
 semina, quæ sunt nobis ingenita . Primi quidem euangelicæ
 doctrinæ prædicatorum, fere huiusce artis præceptionibus car-
 ruere, quippè ijs, quos cælesti sapientia Spiritus sanctus im-
 buerat, superuacua erant humanæ disciplinæ . Hac tamen
 tempestate hæc quæ supra communem ordinem fiunt, si quis
 expectaret perinde faceret, atque si, quoniam Deus in solitu-
 dine Manna Hebræis de Cælo præbuit, cum iam in Terram
 venissent lacte, ac melle manantem, nollet ad hæc colligenda
 suum laborem adiungere . Planè enim tentare Deum vide-
 retur, qui non vult contemni naturæ dona, quæ ipse dedit &

Natura Idonea,

Ars quantum
necessaria.

nostram requirit industriam. Sanè multa habet secularis Rhetorica, quæ Christianis Oratoribus præclare conueniunt, ac sanctos ipsos Patres planum est, ea egregiè præditos fuisse, & suo loco ad Dei gloriam vsos. Illud quidem fugiendum est vitium non artis, sed hominum, qui hanc artem putant consistere in verborum lenocinijs, & delectatione aurium, & quadam inani strepentium volubilitate verborum, iamque ad templa, & conciones Ecclesiasticas ea detulerunt, quæ potius leuissimum sunt Poetarum: & quæ prophanorum etiam oratorum cordati, & graues vel in rostris, & foro, & causis Ciuilibus reprehendunt. Cæterum hoc prauo vsu vitato, non possumus nos in hac instructione, non aliqua etiam mutuo accipere ab his dicendi magistris, & ad nostras accommodare conciones, ea tamen conditione, vt nemo scrupulosè credat solidum Concionatorem Rhetoricæ humanæ præceptionibus alligatum esse, sed magis Dei Spiritum debere sequi ducem, præsertim cum eiusdem artis præceptum sit, teste Fabio illas præceptiones non esse vti leges immutabili necessitate cõstitutas, quasi semper eodem modo sit texenda oratio. Duo enim hæc ars (eodem authore) docet aduertenda, & quid deceat, & quid expediat, sæpè autem expedire docet, vt mutetur, & varietur pro temporis, ac loci vsu, orationis figura, Itaque placet vt futurus concionator, non solum adolescens artis oratoricæ præceptionibus diligenter animum adiungat, sed etiam præcepta ad vsum conferat, vt aliquam in dicendo prudentiam, & copiam acquirat suo tempore concionibus sacris ad populos valdè vtilem futuram, & vt ancillam eloquentiæ diuinæ, Christoque ministraturam. Quæ autem propriè ad sacram hanc facultatem pertinent, cum alij tradidere, tum nos cum diuina gratia pro nostra tenuitate toto hoc labore persequimur; & huic vni tota secunda pars peculiari nomine deferuiet, sed quod ad eas exercitationes pertinet, quæ artem in vsum reuocant, de quibus nunc agimus, illud Oratori nostro aptissimè cõuenit, quod de suo Cicero asserit. Quoniam inquit dicendi facultas non debet esse ieiuna, atque nuda, sed aspersa, atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate. Est boni Oratoris multa auribus accepisse, multa audisse, multa animo, & cogitatione, multa etiam legèdo percurrisse, explicat hæc Tullius aptissimo simili, subactò, inquit, ingenio mihi est opus, vt agere non solum arato, sed nouato, & iterato, quo meliores fructus possit, & grandiores edere.] Subactio hæc, quam Cicero exi-

a. de Orat.

git, multa exercitationum genera comprehendit: huiusmodi sunt quas supra nos attulimus, legere, audire, imitari, cogitare, scribere, declamare, ex his quasi fontibus facundiam hauriat necesse est, ne sit ieiunus, & aridus.

Et quidem de lectione in generali sufficiunt ea, quæ supra cum de studio, ac lectione Sanctorum Patrum ageremus, dicta sunt, vnum tamen hic addere libet de legendis nominatim concionibus, quarum multa non desunt volumina, tum apud Sanctos Patres, & alios antiquos Doctores, tum nostrorum temporum, vel impressione vulgata, vel scripto mandata. In his inquam legendis magnus debet adhiberi delectus: Quidam enim eas conciones manibus terunt, earumque lectione delectantur, quæ composito stylo, ac numerosis periodis, & selectorum verborum copia abundant, denique quæ delectationem magis quam fructum habent. Alij verò in eorum concionibus legendis libenter occupantur, qui toti sunt in docendo, & multiplici doctrinarum apparatu, ac varietate sententiarum, orationem implent, neque tamen ad motum nisi valde parum aut persuasionem feruntur. Ego eas libentius arbitror excutiendas, quæ in motu magis quam in delectatione, doctrinave excellent, & quæ ad mores Christianos imprimendos, ac suadendum aliquid, semper tendunt, in quarum lectione concitatio quædam, & feruor eminet, etiamnum in chartis mortuis viuunt, ac spirant. harum ego lectionem arbitror nobis assuescentibus vim quandam addituram ad similia cogitanda, & dicenda, sicut illæ, quæ vel inani quadam eloquentia fluunt, vel aridam doctrinarum congeriem continent, non valde ad animarum conuersiones, & Christianos mores formandos utiles sunt, & si crebrius euoluantur de suo aliquid in nobis relinquunt.

Verum quid de ijs dicemus, qui in scribendis aliorum concionibus multum temporis, ac operis ponunt? & vndecunque possunt, etiam ex remotissimis locis curant eas sibi transmitti conciones ibi habitas, totumque studium, ac curam in eo collocant, vt ingentem horum scriptorum cumulum sibi coaceruent, ac deinde ex varijs diuersarum concionum coagmentatis fragmentis suas componunt, & habent? Certè non video, quomodo iure possint reprehendi, qui aliorum utiles labores, & optima opera, si quæ inuenerint notent, & apud se conferuent, vt aliorum diligentia in hac facultate proficiant: sed vt totum ingenium, & ætatem in exscribendis aliorum declamationibus, & tractatibus accumulandis infumant, tam parum autem

Lectio concionum.

Quales conciones legendæ.

De his qui scribendis aliorum concionibus occupantur.

autem operæ in evolvendis sanctorum Patrum lucubrationibus egregijs, & in diligenti meditatione sacrarum scripturarum, & in conatu per sese aliquid depromendi neminem arbitror qui iudicio polleat probaturum.

Auditio bonorum Concionatorum.

Secundo auditio eruditorum virorum, qui sacras scripturas in scholis, aut in templis explicant, & bonorum Concionatorum affert magnum doctrinæ, laborisque compendium, brevis enim consequimur, quod longo temporis spatio, longove vixisset discendum, brevisque hora percipimus, quæ is, qui disserit multis diebus elaboravit, sunt audiendi viri docti, & prudentes, senes, probatique concionatores, qui ad cor loquuntur, & habent in dicendo vim, ex quibus eodem tempore multa discuntur. N.B. Pater Ignatius in constitutionibus vult à nostris hos concionatores audiri, quo rectam probatamque discendi viam addiscant. Est verissima Augustini sententia si ex consuetudine loquentium fiunt homines loquentes, cur ex consuetudine eloquentium non fiant eloquentes.] Eloquentes autem vocat, qui & efficaciter ad persuadendum, & sapienter dicunt.

4. de Doct. Chr. c. 3.

De Imitatione & modo imitandi. Cap. XV.

Sed tam lectio, quam auditio ad Imitationem dirigitur, & imitatione perficitur, quæ ad bonam eloquentiam comparandam strenuè viam aperit. Audi Aug. Is (ait) qui non solum sapienter, sed etiam eloquenter vult dicere ad legendos vel audiendos, & exercitatione, imitandos eloquentes, cum multo libentius quam magistris artis Rhetoricæ vacare præcipio, si tamen hi qui leguntur, & audiuntur non solum eloquenter, sed sapienter dixisse, vel dicere veraci prædicatione laudantur: qui enim eloquenter dicunt, suaviter, qui sapienter, salubriter audiuntur: sicut autem sæpè sumenda sunt, & amara salubria, ita semper vitanda est perniciofa dulcedo, sed salubri suavitate, vel suavi salubritate quid melius?] Hæc Aug. quæ & ille vidit, qui dixit Omne tulit punctum, qui miscuit vile dulci, & idè Aug. Si (inquit) acutum, & feruens adit ingenium, felicius adheret eloquentia legentibus, & audientibus eloquentes, quam eloquentiæ præcepta sectantibus.] Cum enim tria sint, quæ Rhetores præcipiunt eloquentiæ studioso, ars, imitatio, exercitatio, facilè crediderim imitationem præcipuum locum obtinere. Sed duo hac in parte servanda esse Ciceronem prudentem.

1. 4. de Doct. Chr. cap. 5.

1. 4. c. 3. de Doct. Chr.

2. de Orat.

prudenter docet, ubi agens contra quemdam, qui dupliciter in imitatione peccavit hæc ponit, Nec deligere sciuit, cuius potissimum similis esset, & in ipso quem delegerat imitari etiã vitia voluit, & subdit, qui autem ita faciet, vt oportet, primum inuigilet necesse est in deligendo, deinde quem probauit, in eo quæ maximè excellunt, ea diligentissimè persequatur.] Itaque primum est, vt curet bonos Concionatores audire, quales Augu-
 gust. paulo ante demonstraui, non eos qui aridè, insulsè, aut ineptè loquuntur, vel eos qui quamuis ornatè, & erudite dicant, non tamen cum pietatis ardore, ac spiritu, neque cum animarum fructu dum vanam sectantur facundiam, & curiosas quæstiones, licet acutas tractent, vel varietate reru doctrinam ac memoriam venditant vel celeritate, ac volubilitate, sermonis, disertoratoris nomen aucupantur. Hæc planè vitia sunt reprehendenda in Oratore Christiano, non imitanda nisi ab eo, qui non Christum quærit, sed se ipsum: quemadmodum nec imitandi, qui vbiq; clamores edunt sine causa, qui digitis potius, quam ore loquuntur qui corpus huc illucque agitant, & iactant. Hi profecto omnes, nec imitandi, nec libenter audiendi sunt, à veræ eloquentiæ candidato; nam facile est ex vitij aliquod adherere. Ego libenter eos audiam qui ex corde sensa, & verba promentes cor audientium petunt; eos qui vt ait Bern. mihi plandem non sibi plausum excitant.

Qui nam imitandi.

top. v. d. et
 non miris
 - hoc quod
 . 1611

Cum igitur Tyro noster aliquem inuenerit, qui viris bono iudicio pollentibus, & æque pijs probetur, diligenter singula notet, quæ in eo excellunt, in rerum delecta, ac dispositione, in elocutione, in voce, ac gestibus. Animadertat quæ sint ea quæ maximè moueant, quæ fructum faciant, & in se quantum fas erit exprimat. Notet rationem, ac modum dicendi cum affectu, & efficacia, pronunciationem familiarem in loquendo, prudentiam, & in arguendis peccatis vim, stylum Ecclesiasticum grauem, ac simplicem, actionem moderatam, generatim dicendi varia suo loco & tempore vsurpata, modum in exclamationibus, & clamore cum opus est vehementi. Artem applicandi ad particulares populi mores quæ dicuntur, & huiusmodi alia.

Quæ imitanda.

Secundo adhibenda est magna prudentia, vt imitemur ea, quæ sit nobis facile assequi, non enim quod vni est optimum, alijs item erit, nam consideranda est natura cuiusque ingenium, vires, facultas. Quint: rectè docet; Errorem esse sese totum in alios transferre, Ars & imitatio, naturam cuiusque perfi-

Imitatio debet sequi naturam suam.
 l. 10. c. 2.

perficere debent, repugnante natura frustra imitaberis, & cum vitio, quem assequi non potes, Consule vires ait idem Fab. in onere suscipiendo, non natura nobis, sed nos naturæ debemus parere: quæ vero bona sunt, & nostris viribus, & facultati consentanea, non solum imitari debemus, sed etiam eadem augere, & ad perfectiora, Dei ope, ac diligentia nostra aspirare, & possumus & debemus. Pusilli est ingenij, aliorum opera esse contentum, ac nimis timida imitatio est, quæ nihil audet sine auctore. Videmus pictores, cum exemplar aliquod sibi proponunt addere de suo, & ad meliora niti etiam in ipsa imitatione. In omni etiam arte, quotidie res novæ inveniuntur, & ad maiora semper fit progressus. Illud præterea vehementer moneo, vitandas etiam quorundam ineptias, qui se planè, & ridiculos faciunt, dum insignis cuiuspiam viri, volunt omnia ad viuum tanquam simia & sono vocis, & gestu, alijsque modis referre, ut populus hæc facillè intelligens, quæ in auctore probat, contemnat, rideatque in histrione.

De his qui aliorum conciones recitant.

Ad calcem horum adijcio, quid iudicandum sit de his, qui non tam imitantur, quam aliorum conciones, vel ex magna parte, vel totas assument, & tamquam suas è suggestu pronunciant. Certe non deberent adeo animum despondere, ut more quorundam inopum faciant, quibus, cum nihil suæ domi habeant, diebus festis non licet prodire in publicum, nisi vestibus comodatò acceptis, quas si Domini repetant, maneat quisquis ille est, ut implumis auis; & moueat cornicula risum furtiuis nudata coloribus. Neque tamen hac in re ita sum rigidus, ut aliquid non concedam, sunt enim aliqui satis à Deo, & natura, ad agendum cum efficacia, & vtilitate, coram multitudine instructi, quibus tamen ea deest ingenij facultas, ut per sese valeant excogitare, quæ dicant vel disponere ut deceat, his licebit aliorum peritorum opera, & lucubrationibus uti, modò si non ingenio, iudicio tamen satis valeant, his concedit

De Doctr. Christ. lib. 4. c. 29.

Cap. 23.

D. August. ut ab alijs sumant sapienter, & eloquenter conscriptum, memoriæque mandent, & ad populum proferant, si eam personam gerunt, non improbè faciunt, sic enim ait, Multi prædicatores veritatis sunt, quod profectò vtile est, multi magistri, si vnius veri magistri imitatores facti id ipsum dicant omnes. [Nec deterrendi sunt ij per illud Hierem. per quem Deus arguit eos, qui furantur verba vnusquisque à proximo suo, qui enim furantur alienum furantur; verbum autem Dei non est alienum ab eis. Illi verè dicuntur furari Dei verbum, qui boni videri

videri volunt, loquendo quæ Dei sunt, cum ipsi mali sint, sed hoc loco duplicem cautelam velim adhiberi. Primo, vt neque se socordia dedant, omittentes studium sanctorum Patrum, & scripturæ, atque vtilium librorum, ex quibus nemo est tam infelicitis ingenij, quin multa possit colligere, quæ autem quisque proprio studio consequitur ea maiori efficacia proferre solet, quam aliena. Secundo qui aliena concione vtitur, ita eam perfectè contempletur, & possideat, vt tanquam suam, & e suo natam ingenio ad alios referat, ac videatur author potius quam actor.

De Cogitatione ac scriptione . Cap. XVI.

Quarto loco occurrit Cogitatio, quæ non est aliud, quam mentis commentatio, cum secum animus versat, vel quæ legit, & audiuit, vel quæ ipse noua suo ingenio cudit. Qui multum in studijs, & concionibus volunt proficere, multi sint in commentatione, hæc est enim veluti calor naturalis stomachi, cibum in aliti naturam conuertens. Habet & peculiarem commoditatem cogitatio, quæ exercitationibus alijs non adest; Nam lectioni auditionique, & scriptioni, non semper locus, aut tempus suppetit. Cogitatio vbique, ac semper in promptu est in ipsis noctis tenebris, cum intermissus est somnus exerceri potest. Inter negotia & actus diurnos inuenit sibi aliquid vacui, nec excluditur à mensa, & ambulatione in qua sæpè etiam incitatur. Nec pauci more Peripatetico idest inter deambulationes multa commentantur egregiè, & hoc modo paraturi concionem, & inueniunt, & inuenta disponunt, elocutionemque, & verba adhibent, vt nihil præter manum desit. Freti etiam, quidam memoria scribere non curant, sed nisi memoria excelat, magnus est cogitandi labor; Nam memoriam multum scriptio adiunat, & ipsam item cogitationem, cui multum adiumenti consuetudo dabit. Non enim statim ad hanc vim cogitandi quiuis poterit peruenire: Primo calamus exercendus, tum assumendus cogitationis vsus moderatè initio, vt pauca primum animo complectamur, deinde agenda paulatim, eoque nonnullos peruenisse docet Cic. vt quæ cogitauerint, ad verbum in agendo retulerint. Id autem neque concionatoribus nouis audendum est, neque ijs qui memoriæ felicitate non gaudent.

Scriptionem, inter ea quæ ad rectè dicendum viam aperiunt
maxi-

Scriptio quæ
tum iuuat.

Cic. 1. de Orat. maximè laudat Crassus, vbi etiam triplicem eius vtilitatem explicat, & stylum vocat effectorem optimum, & dicendi magistrum. Sunt autem hac in re tria Oratorum, seu Concionatorum genera. Aliqui ex tempore dicere contendunt; Nonnulli, quæ dicturi sunt, prius cogitant apud se, & tacita commentatione mentis inveniunt, disponunt, elocutione vestiunt, etiam si nihil scripto mandent. Alij præterea scriptionem adhibent, & calami industriam. Primum genus meritò à viris grauibus reprehenditur, & Fabio videtur, id esse in multis peruersa ambitio, vt eruditi alijs videantur, quod ex improbitate dicere possint, qui (vt verbis vtar eiusdem) dum stultis eruditi videri volunt, stulti eruditius videntur.] Et planè magnum esse discrimen inter eos Oratores, qui ex tempore loquuntur, & eos, qui prius calamo diligenter exornant, quæ dicturi sunt, satis patet, sicut Terra (ait Fabius) altè defossa generandis, alendisque seminibus fecundior est, sic quæ prius adhibito scribendi labore, elaborata sunt, in auditore ad optimam frugem excrescunt; Quidam etsi non scribunt, cogitant tamen diu, multumque antequam dicant, sed placet hic Crassi iudicium

Quint. lib. 10. c. 7.

1. de Orat.

in medium asserre. Quantum (inquit) subitam orationem, ac fortuitam, cogitatio, & commentatio vincit, tantum commentationem assidua scriptio, ac diligens superabit. Habet autem inter ceteras vtilitates, quas eo loco Tullius refert, scriptio & hanc, vt habeat paratas opes, quasi in quodam sanctiore arario reconditas, quas ad vsus quoque subitos, cum res exigat, proferre queat. Nam sæpè incidunt tempora, cum opus sit concionem habere extemporaneam, nec vllum adit cogitandi, nedum scribendi spatium, tunc non cogetur imperatus dicere, qui depromere e suo codice quidpiam possit, quod antea per otium seposuerit.

Scribendi modus.

Duplex vitium in scribendo.

Quantum verò ad scribendi modum, ac diligentiam pertinet optimum illud præceptum ipsorum Rhetorum erit, vt initio nimirum assuescant Tyrones in hac facultate cum aliqua mora, & sollicitudine id præstare, ac fugiendam esse intelligant celeritatem, quam vsus deinde asseret, nam citò scribendo non fit, vt benè scribatur: benè autem scribendo fiet, vt cito. Duplex etiam notari potest in hac re quorundam vitium. Vnum eorum, quibus omnia sua placent, quodque statim occurrit illi statim probant. eorum alterum, quibus nihil placet rerum suarum, nec est facillè dicere, vtros credamus validius peccare illosne, an hos? scriptionem primam debet sequi, ac perficere.

cere seuerius adhibita emendatione iudicium : semper enim secundæ cogitationes meliores: Hæc autem emendatio non esset continuo adhibenda, sed expectandum aliquantum temporis spatium, dum scriptionis calor, & impetus deferueat, vt ad recognitionem tanquam ad alienum opus mentè tranquilla, se referat. Nam si statim recolantur, periculum est, ne tanquã recentés fatus nobis blandiantur. In emendatione emineat animus, totumque, ac partes singulas circumspeciat: adijciat quãdam vbi opus est, nonnulla detrahat, alia mutet, confusa digerat, attollat humilia, tumida exacuat, dissoluta cõponat. Quibus etiam in rebus scriptio sit exercenda Rhetores prudẽter ostendunt, non deerunt Tyroni nostro, vbi se exercere voluerit variæ materiæ in diuersis concionum generibus, de quibus inferius agemus. Non deerunt theses, & hypotheses, non sententiæ, locique communes, amplificationes ad persuadendum, & varios animorum motus ciendos.

An scribenda ad verbum concio. Cap. XVII.

COeterum de concionibus ipsis quas publicè quisque habiturus est, dubitavi per sepe vtile ne esset Tyronibus totas ad verbum, vt habendæ sunt, scribere. Nam quamuis Rhetores hoc in dubium minimè vocent quin etiam maximè hoc præceptum scribendi commendent, vt dictum est, tamen dubitandi rationem peculiarem, vsus magister rerum omnium optimus fecit: Animaduerti enim quosdam ex his qui diligenter scriberent, quicquid erant dicturi maximo artificio, & nitore verborum orationem numerosam pertexere, & figuris illuminare, cum hæc pro suggestu proferrent, frigidus videri, & aridos, præsertim quod ita pronunciarent vt scripserant, ob id enim operosè stylû exercent, alioqui quorsum ille labor? granè ipsemet Concionatorem audiui, qui dum inueheretur in vitia ita præscriptis verbis, atque compositis utebatur, vt palam quiuis intelligeret opus elaboratum, ac factum, Id autem non frigidam modo reddebat obiurgationem, sed penitus eneruatam, & inutilem, dum populus magis verba quam res attenderet, quid autem absurdius quam dum animi negotium agitur, ludere, & dum suã peccatori turpitudinem velis ingerere, tuum ostentare ingenium? cum debes ferire cor, auriculas de mulcere? inferius autem apertè ostendemus cõcionatoris orationem non magna egere compositione, nec exquisito nitore

In eos quia
verbum reci-
tant quæ scri-
pserunt.

ver-

verborum; Alios etiam comperi ex recentioribus, qui ubi aliquam rerum quasi sylvam collegerunt, ex his orationem ita componunt, prout in buccam venit, & quia non sunt ad bene scribendum exercitati, currente calamo implent pagellas, & copiose quidem, sed verbosè multa scribunt, sine proprietate verborum, sine rerum delectu, rebus vulgaribus, & contritiis confarcièntes conciones quas ut ingenij sobolem propriam diligunt, nec lima deinde perpoliunt, sed easdem cum tempus recurrit ad populum habent, cum tamen eæ sint quæ facile ostendant, nec a perito, nec ab accurato scriptore confectas. Ipse vero usum scribendi; quem tot viri graues commendant, non reprehendo, verum consulerem, ut qui solent nimis composuisse scribere, abstineant ab hoc inani, & superuacuo labore, cum etiam teste Arist. cum Cicerone, hic ornatus artificiosus tollat vim rebus ad persuadendū, alios vero parum exercitatos in scribendo monerem, ut ne assuescant principio maximè singula ad verbum scribere, quæ dicturi sunt, ne interdum si quod verbum ex membrana non succurrat, hæere, & interfistere cogantur, & minuatur vis agendi, & calor affectus, dum attentionem diuidunt, & ad memoriam se singularum alligant vocularum.

Non igitur totam auctore me concionem vernacula scribere lingua, sed solum grauiorem aliquem locum, amplificationes aut descriptiones graues, neque ut totidem verbis mox agantur, sed ut pro rei grauitate facilius elocutio apta præstò sit, Reliqua vero vel latinè, vel ut libitum fuerit summatim excipiant, præcipua capita, testimonia sacræ scripturæ, exempla, argumenta, & similia horum notantes; Vtrisque verò id suaferim, ut in scribenda; seu componenda concione, ne industriam collocent in exacto stylo, in artificiosa compositione, & exquisita verborum inuentione, ac phrasibus, sed magis in proprietate verborum, rem quam volumus exprimentium cum emphasi, in scripturarum utili expositione, & accommodatione ad mores, in affectibus excitandis, in efficaci amplificatione, in arguendis peccatis cum grauitate, & prudentia; Denique ut summam inuentionis seu rerum, seu verborum referant ad quiddam nominatim persuadendum, ad vitium aliquod extirpandum, ad conuersionem improbi alicuius, ad bonos in virtute roborandos.

Non eadem
semper Con-
ciones repe-
tendæ.

Ad eandem scripitionem etiam hoc consilium pertinet, ut noster Orator easdem semper conciones, quas semel composuit, decantet, sed eo animum adijciat, ut aliquid noui producat.

Nec

Nec deerit vnquam materia, si vt par est studijs & lectioni librorum bonorum sit additus, nam quæ sæpè repetita sunt frugescent in corde, & ore dicentis, quæ de nouo inuenta, nouo animi feruore enunciantur. Præterea ipse Concionator quotidiano vsu edoctus, sit se ipso magis idoneus, ac semper in dies meliora, & vtiliora dicet, nisi se inerti otio tradens, velit etiã veteranus primis rudimentorum præludijs esse contentus: sit ergo diligens, & solers in legendis idoneis libris antiquis potissimum, verum ex ijs quoque, qui de nouo eduntur, in quibus sæpè multa tractantur, quæ nostis temporibus egregiè quadrant, poterit commodè suum locupletare thesaurum.

De vsu Declamationum. Cap. XVIII.

Cum scriptio iungendus est vsus declamationum, est autem Declamatio verarum causarum imitatio quadam inter domesticos parietes, adhibita actione, ac voce, sicut fieri deberet in publicis actionibus. Harum vsus apud Græcos fuit antiquissimus, vt ex Platone cognoscimus, apud Romanos ferè non extitit ante tempora Ciceronis, sed ex eo tempore viguit. Inter Christianos legimus D. Marcum in Ecclesia Alexandrina instituisse Academiam, in qua sese exercerent, vt fierent apti ad animarum salutem tractandam, sicut etiam temporibus Bas. Nazian. August. Nostris temporibus loco declamationum sunt, quæ priuatim habentur, conciones exercitationis causa, sub vno aliquo monitore. Quod genus exercitationis meo iudicio maximè futuro Concionatori necessarium, vt fiat vtiliter hæc poterunt obseruari.

Primum varia argumenta tractentur, vt per omnia concionum genera exercitatio eat, modò proponatur laudatio, vt est inuenire apud Hieronymum: Chriſ. Nazian. Basil. Modò Adhortatio, nunc Consolatio in aduersis, nonnunquam communis aliquis locus, vt de prouidentia Dei, de vita actiua, & contemplatiua, aliquando explicanda figura aliqua veteris testamenti, & applicanda nouo, & alia id genus; Possèt sæpè concionaturò assignari aliqua ex Euangelio, vel alio scripturæ loco sententia, quæ tractetur.

Secundo in priuatis hisce concionibus ea ratio dicendi obseruanda est, quæ obseruare oportebit in publico, cū enim ideo fiant huiusmodi declamationes, vt sic assuescamus ijs modis quos ad populos habere necesse sit, imitatio adhibenda est eo-

Declamandi
modus qualis
esse debeat.

Primo.
Omnia gene-
ra concionũ
tractanda.

Secundo.
Oseruandus
modus qui in
publico.

M rum,

rum, quæ publica requirit concio. Reprehendenda vitia populi, explicanda ea, quæ ad populi doctrinam, & catechismum pertinent, excitandi varij affectus, & præsertim odium peccatorum, accomodanda sunt vniuersalia ad particulares mores, notanda morum deprauatio, exclamandum contra peccantes, & alia imitanda, quæ vera actio postulat.

Tertio. Dicant ad persuadendum.

Tertio ut dicant ad persuadendum aliquid, cum ad hoc maxime vsus declamandi inferuire debeat, exerceant triplex orationis munus, doceant aliquid, mouendis insistant affectibus, tum vehementibus, tum sedatis, & simul sit modus dicendi cum aliqua delectatione; In his exerceant varias vocum inflexiones, & (vt inter nostros vocare solemus) Tonos, & vocis varietate vtantur: Quæ dicunt, serio, & cum quadam efficacia pronuncient non frigide, non lente, non acceleratè, nõ quasi reddant memoriter orationem latinam, vt sæpè audiui; scripturas non multas afferant, sed examinent, & ex eis argumeta sumant ad persuadendum, & materiam ad motum: vtantur breuissimo exordio, & epilogo ad amplificationem accommodato.

Quarto. Præscribendus aliquando certus liber.

Quarto Meo iudicio esset commodum, vt qui exercendis iuuenibus in hisce declamationibus, præest, si minus semper saltem sæpè si non omnibus, saltem aliquibus præscribat librum, in quo materia concionis esset ex parte disposita, vt non multum temporis in inuentione rerum, ac dispositione ponendum sit, sed occupentur magis qui sunt declamaturi in formanda concione, & affectibus varianda, & earum vsu rerum quas in proposito authore habent: Nec est difficile inuenire varios sermones sanctorum vel aliorum, qui varias communes sententias & scripturas tractant, ea tamen est adhibenda conditio, vt declamator non iisdem omnino verbis, & sententijs affigatur, sed maturè pro arbitrio, & adijcere possit, & si quid melius venerit in mentem, afferre. Hoc autem adiumentum videtur mihi afferre triplicem utilitatem. Primo qui exercentur fere assuescunt vitiora, & meliora, dicere, quam innere ipsi possint, siue ob temporis breuitatem, siue ob tyrocinium operis. Deinde minus temporis, in paranda declamatione insunt, quod tempus disciplinarum, quibus plerique vacant, studijs parum opportunè detrahi solet. Postremo quod mihi videtur ad rem maximè pertinere, melius declamabunt. Nam vsu compertum est inter agendum hos, qui cum difficultate concionem parant, laborare in verbis, & rebus etiam, scripturis memoriæ retinendis, quippè quibus multum abstulerit temporis occupatio.

patio conquirendi res, ac mentem sollicitudo, & cura defatigarit: ex quo fit, vt nequeant expedite pronunciare, non dominari voci; non obtinere in dicendo libertatem; non excitare affectus, dum totum ingenium idque fessum occupant ne desit eis materia, ne memoria fluctuet, ne hæreant inter dicendum, quæ difficultas ex parte abesset si facilius potuissent declamationem comparare.

Quinto vt hæc priuatæ cõciones cum fructu instituuntur, oportet præfici virum iudicio acrem, & in hac facultate quantum fieri potest peritum, præsertim vt ceteri habeant ei fidem, seque admoneri facile ab eo patiantur, isque non defungendi muneris causa, sed serid hoc magisterium exequatur. Semper adit cum declamatur, & singula diligenter aduertat, non solum si quid in doctrina erratum sit, sed etiam in rerum inuentione, argumentorum vi, num certum quidpiam fuerit dicenti propositum, ad quod persuadendum, veluti ad scopum tota eius dictio ferretur, quæ fuerit forma, & ordo; An aliquem affectum suo loco excitauerit, an vsus sit amplificationibus ad res suo loco commendandas, an pronuntiatio, & vox sit familiaris, an loquatur ex animo, & cum pondere, an cum feruore spiritus; Rursum in prudentia quam consideratus in verbis, ac rebus; quam grauis in actione; & gestibus fuerit; Hæc, & alia obseruabit accuratus præfectus, & prudenter, vt cuiusq; facultas feret, (qua non omnes omnia possunt) monebit. Ac videretur vtile, vt monitus, post aliquod tempus nouam conuentionem haberet, in qua conaretur notata in priore, vitia emendare. Sexto inter declamatores, qui propediem sunt in publicum prodituri, essent frequentius exercendi. Rara enim declamatio bis, terue in anno parere consuetudinem; corrigere vitia, inducere, & confirmare quæ recta sunt nequit. Quod si frequens adhiberetur domi exercitatio, & liberalis, & seria commonitio, non interdum, (quod fit) etiam muliercula vitia viderent.

Admonitor aliquis præficiendus.

De Admonitore vel Instructore. Cap. XIX.

DE monitore hæc præterea dixerim, si in artibus ac muneribus ceteris planè in hoc maximè, & vtile, & necessariū esse credimus ducem, ac monitorem. Multa sunt hic, & gratia, quæ peritorum iudicio, & prudentum consilio indigent, cum nemo possit esse sui bonus Index, suum enim cuique pul-

Quam necessarius admonitor.

M 2 chrum.

chrum, & hæc tota facultas ad alienas sit fingenda, & accomodanda voluntates, vt ad Dei gloriam fructus, qui ex ea speratur, existat. Qui ergo Prædicatoris Evangelici obitum sunt munus, antequam luci se, arenæque committant, habeant aliquem integrum, & candidum virum iudicio, & vsu, si fieri potest, in hac facultate præstantem, à quo in omnibus, quæ ei videbuntur, admoneantur, corriganturque fideliter. Si in nobis (inquit Tullius) vsus non sit, ei nos tradamus imbuendos, quo duce peruenire possimus, ad ea quæ ipse vsu didicit. Quæ tam vim habeat hæc institutio, in adolescentibus apparet, ac pueris, quos videmus in scholis, cum aliquid sunt dicturi, vel prosa, vel carmine, quamvis initio maximè essent absurdi, ali-quandiu tamen exercitatos eò perducunt, vt cum decoro, ac venustate pronuncient. Quidni etiam in Concionatore id locum habiturum speremus? cui quamvis ætas fortè non ita tractabilis, tamen iudicij tantò plus adest.

Cic. 2. de Orat.

Etiam in publicis concionibus habendus ad monitor.

Homil. de fer. repreh. initio.

Epist. 75. ad Episcopum Auxili.

Habetur 24. q. 3. c. si habes.

Adde etiam, vt non in priuatis modò exercitationibus, sed etiam vbi iam in publicum suggestum prodijt, Admonitore habeat, cui confidat, à quo sapienter, ac sincerè moneatur, quid in ipso sit, quod vel aures, vel oculos auditorum offendet, quem ipse sua spontè adeat, ostendatque sibi quicquid ab eo acceperit fore gratissimum, & amanter cum actione gratiarum, quod notarit excipiat. D. Chrysostomus gratias agit quidam, à quò monitus fuerat, quod eius exordia proluxa essent: Eximius ille Ecclesiæ Doctor Augustinus, non minus humilitate præstans, quam sapientia de se dicit: Ego adsum, sed nex à iuene Episcopo, ego Episcopus tot annorum à Collega nondum anniculo paratus sum discere. Et addit: Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, si quid est utilitatis, vel salutis, inquirere negat.] Egregia item sunt Augustini eiusdem verba lib. 7. de Trinit. cap. 2. & 3. nec pigebit me, (ait) sicubi hæsito, quare, nec pudebit, sicubi erro, discere. proinde quisquis hæc legit, vbi pariter certus est, pergat mecum, vbi pariter hæsitat, quærat mecum, vbi errorem suum agnoscit, redeat ad me, vbi mecum, reuocet me] Et planè magna correctione dignus est, qui correctionem non amat, nec magna spes de eius emendatione potest haberi, qui amicum correctorem non diligit. Nulla ars sine magistro, ac duce addiscitur. Imo solent in alijs artibus gloriari homines, quod nobiles magistros nacti sint, & tamen aliqui putant se natos Concionatores, cum etiam quidam

dam dixerit. Poeta nascitur. Orator fit. Quod D. Hieronymus de intelligentia scripturarum ait aptissime in Concionatores quadrat. sine monitore securos, cum tamen certum sit in qualibet arte neminem sine praeiio, ac monstrante semitam posse ingredi. De ipsa Declamatione haecenus; Ipse autem Vfus verè concionandi in publicis templis, & Experientia sicut in omni arte necessaria est; nemo enim repente fit summus: & maxime in oratoria facultate; Aliter enim noui Concionatores, sicut & medici; Aliter iidem, postquam longa exercitatione, edocti sunt exequuntur id munus, modò in omnibus diligentiam voluerint adhibere, quam vltimo loco inter exercitationes supra nominavi.

Denique cum haecenus de paranda rerum scientia, & exercitamentis ad bene dicendum actum sit, placet adijcere saluberrima quaedam praecepta, quae Egregius & verè Angelicus Doctor Thomas roganti cuiusdam, vt modum doceret, in studiorum progressu, seruandum, quo ad perfectionem scientiae perueniret, praescripsit, & videntur mihi breuia quaedam, certissimaque decreta similia praestantissimi medici Aphorismis. Haec est inquit monitio mea, & instructio tua. Tardiloquum te esse iubeo: Conscientiae puritatem amplectere: Orationi vacare non desinas: Cellam frequenter diligas, si vis ad cellam vinariam introduci. Omnibus te amabilem exhibe: Nihil quaere penitus de factis aliorum; Nemini te multum familiarem ostendas; quia nimia familiaritas parit contemptum; & subtractionis a studio materiam subministrat; Discursus super omnia fugias: Sanctorum, & bonorum imitari vestigia, non omitas; Non respicias a quo audias, sed quicquid boni dicatur, memoriae commenda: Ea quae legis, & audis, fac vt intelligas: De dubijs te certifies, & quicquid poteris in armariolo mentis reponere satagè: Altiora te, ne quaesieris; Haec si sectatus fueris, ad id attingere poteris, quod affectas.

Epist. ad Paulinũ .

Vfus Concionandi.

D. Thomae consilia ad scientiam acquirendam.

D. Thomae in op.

Exemplar Concionatorum Paulus, & erga eũ Deuotio. Cap. XX.

SIt haec postrema huius primae partis obseruatio, eamque veluti regium signum notet, & imprimat. Omnium ornamentorum, quae Christiano Oratori necessaria numerauimus, in aliqua perfectissima imagine proponamus exemplum.

Quem autem nisi Doctorem gentium eligamus, qui est electus a Deo, vt Christi nomen coram gentibus, & Regibus, &

M 3 filijs

filij Israel deferret? In hoc, tanquam in absolutissima forma, habent omnes Diuini verbi præcones, quæ imitentur, cum præstantissimas virtutes, tum eruditam, facundamq. sapientiam, quæ duo in Concionatore diximus, hæctenus requiri. Atque hæc cum primis in Paulo eminere, ea de causa, docebo, vt me, atque omnes huic muneri addictos excitent, ad aliquæ pietatis affectum, in hunc mirabilem, & cœlestem virum, cuius ope adiutus, meritò sperare quis possit in bonum se, & vtilem populo Dei ad salutem æternam ministrum euasurum.

*In præfat.
epist. ad
Rom. ini-
tio.*

Hanc sui profectus causam D. Chrysostomus profretur, Neque enim nos, inquit, quæ scimus ab ingenij bonitate, atque acumine scimus, sed, quod illi nos viro impensè affecti, ab illius lectione nunquam discedimus; siquidem qui amant, ante omnes, eorum facta norunt, quos amant.] Multas quidem supra virtutes recensuimus, quibus Christianus Orator imitari debet; quarum veluti radicem, amorem Christi ponimus in Concionatore, hic autem vsque adeò, eminet in Paulo, vt commodè transferri posse videatur in eum illud Bernardi, qui contemplatus in Christo, præsertim Cruci affixo, diuina

*Ser. 64. in
Cant.*

in nos charitatis ardorem, in hæc verba prorupit. Quid amore violentius? de Deo triumphat amor; planè si Paulum intueamur, & incendium illud immensum amoris Christi, quod totus ardebat, inspiciamus, de eo quoque optimè pronuntiare potest, de Paulo Christi amor triumphat. nec verebor ipsum Paulum, Trophæum amoris Christi appellare. Non enim amor, quem erga Christum Paulus habuit, solum eius cor possedit: nec modò regnavit in eius pectore, sed planè de toto Paulo triumphauit; eumque veluti suæ victoriæ gloriosum trophæum, ac spectaculum per totum prope orbem circumtulit. Magnum est quod possederit, amplum quod regnarit, & gulare, quod etiam tanquam ad suam ostentandam vim, & gloriam triumpharit.

*Amor Christi
possedit
Pauli cor.*

Act. 9.

Tunc primum profectò possedit, cum ab ipsomet Christo, quæ est magna Pauli gloria, vocatus prope Damascum, & prostratus, totum ei cor suum tradidit: Vix audierat, Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris; cum & ipse succlamauit: Domine quid me vis facere? sensit tunc se adeo Christi amore, tanquam aurea catena vinciri, vt iam nullo alio magno titulo gloriari posset, quam eo, quo postea vsus est. Paulus vincit Iesu Christi. Fuerat aliquando spirans minarum, & cordis contra Christi Ecclesiam, sed vbi sanctissimi nominis Iesu

Eph. 3.

suau-

suauitas, tanquam balsamum cor eius perfudit, cepit per omnes gentes illius odorem ita afflare, ac spirare, ut dicere non dubitarit, Christi bonus odor sumus in omni loco. Parum dixi Paulum ab amore Christi possessum, nisi etiam in eo regnasse intelligamus. Nam si heroicis, ac planè diuinas actiones, quas in euangelio promulgando exercuit, innumerabilesque, & grauissimas consideremus ærumnas, quas pertulit, vna Christi imperante, & urgente charitate, non ne hanc rectè dicemus in Paulo tamquam in affluentissimo regno sese iactasse & magnificentum quemdam in eo dominatum exercuisse? Quis Pauli amorem erga Christum, & Ecclesiam in tot præclaris obeundis facinoribus, explicet, dum ad Christi nomen propagandum latè omnes peragraret terras, & omnibus se debitore profiteretur Græcis, & Barbaris, Sapientibus, & insipientibus? Quasi vniuersum mundum genuisset, sic currebat, sic omnes in Regnum Dei festinabat inducere, docendo, pollicendo, orando, terrendo, tanta prudentia, & modestia, ut omnibus morem gereret, & omnibus omnia fieret, ut omnes Christo lucrifaceret. En tibi Atlantem, non fabulosum illum, sed verè de Cælo demissum, totum Ferrarum orbem humero sustinentem. Ecce tibi diuinum Proteum in figuras omnes sese quodammodo vertentem. Sanè de Paulo congruentius prædicatur, quod de sole dicitur. Vas admirabile opus Excelsi, magnus Dominus, qui fecit illum, & in sermonibus illius festinauit iter. Admirabile plane vas, per quod Deus, ut per instrumentum, tam multa fecerit, & tanta celeritate. Atque illud in primis mirum est quod tantas, tamque arduas res, inter pericula, molestias, atque hominum sæuentium minas, & iniurias perpetraverit, ad eò ut mortales omnes in Paulum conspirasse viderentur, & tamen per Paulum conuertebantur ad Deum, & per illum, quem volebant modis omnibus perditum, salutem æternam consequerentur. Cogita, inquit, Chrysost. prius pelagi sæuentis furorem, & tunc demum vim gubernatoris intelliges: totum hoc amori Pauli in Christum debetur, qui regnum in eo suum per has expeditiones, & illustria facta exercebat. Sed non minor erat in tam multis tempestatibus constantia mentis, & inuictus in rebus aduersis tolerandis animi vigor. Nulum mare ita sæuis fluctibus agitatur, ut assiduis quatiatur ærumnis pectus Apostoli. Nec tamen imaginem habeo, qua mihi verius proponam incurstantes assidue, ac vndique in euasitates, quam immane aliquod fretum, quod perpetuo vrgeant,

Amor Christi in Pauli pectore regnauit.

Primo. In Actionibus hæreticis patris.

Rom. 1.

Eccel. 43.

In aduersis Constantia.

2. Cor. 7. geant, & conuoluant procellæ. Foris pugnae, intus timores, angoresque interdum aded graues, vt ipsemet, cui illud erat
 2. Cor. 1. animi robur, dicat, grauati sumus supra modum, ita vt tæde-
 2. Cor. 11. ret nos etiam viuere. Instantia quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum; Exteriora quis numeret famem, nuditatem, cachernas, carceres, bestias, iniurias, pericula fluminum, latronum, fallorum fratrum, maris, mortis etiam, cum dicat, quotidie
 1. Cor. 15. morior propter vestram gloriam. Audi ipsum. vsque in hanc
 1. Cor. 4. horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus. Sed aspice tot inter procellas, ac fluctus scopulum eminentem, ac firmum, Maledicimur & benedicimur; blasphemamur & obsecramur; persecutionem patimur & sustinemus, parum est hoc, superabundo (inquit) gaudio in omni tribulatione, tanquam vas nimirum plenum quod undique effluit. Sed & hoc parum est: adiciat igitur. Gloriamur in tribulatione; imo adhuc inuitat amicos, vt sibi gratulentur, ac si ad magnam esset dignitatem, aut felicitatem euectus. Si immolor super sacrificium fidei vestrae, in hoc gaudeo, & congratulor omnibus vobis, id ipsum & vos congratulamini mihi. Totum hoc ardentissimo Pauli amori adscribi debet, quo erga Christum, & propter eum in totam Ecclesiam habebatur, implebatur, ardebat. Qui ita planè in eius corpore animoque regnabat, vt stimularet eum perpetuo ad multa agenda præclare, ad grauissimas tolerandas ærumnas inflammaret.

Amor Christi de Paulo triumphat.

Quid autem dico regnabat? verius omnino dixerim Christum amorem ita de Paulo triumphasse, vt ipsum totum planè absorberit, & transformarit in eum, nihil vt aliud in Paulo videtur possit, & dignosci, quam Christus. Circumspice Christiane orator oculis mentis totum Paulum, liquido cognosces quæ omnes eius cogitationes, desideria, verba, omnia denique studia spectauerint, videbis nusquam, nisi recta in Christum tetendisse, cuius amore ardentissimo flagrabat. Ipsum interroga, & ex ipso responsum accipe. Dic oro te Beatissime Patre, quæ sunt illæ tuæ multæ literæ, quibus vel ad infaniam adduci putabar; Quidnam illud est in quo scientiæ, & sapientiæ tuæ summa sita est? Respondet profectò. Non iudicavi me scire aliquid nisi Christum. Quid est inter omnia bona quod plurimi æstimas? dicet. Existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini nostri, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitratus sum vt iter-

1. Cor. 2.
Philip. 3.

cora;

cora, vt Christum lucrificiam. Dic Paule qua in re maximè Gal. 6.
 gloriaris? audies. Mihi absit gloriari, nisi in Cruce Domini
 nostri Iesu Christi: Quæ species est tuæ voluntati ad amandum
 maximè proposita? Quis (inquit) nos separabit à charitate Rom. 8.
 Christi, Tribulatio, an angustia, an fames? & si quis non amat
 Dominum nostrum Iesum Christum sit anathema. Quenam Philip. 1.
 sunt pectoris tui ardentissima vota? desiderium habens dissol-
 ui, & esse cum Christo. Pro cuius amore libenter, & cruciari
 optas, & mori? Non solum alligari, sed etiam mori, paratus Aēt. 4.
 sum propter nomen Iesu. Et quisnam est qui in te loquitur?
 An experimentum quaritis eius, qui in me loquitur Christus? 2. Cor. 13.
 Quenam est tuarum Concionum materia? Nos prædicamus
 Christum, Crucifixum. Cum quonam libenter versaris? Chri- 1. Cor. 1.
 sto confixus sum Cruci. Qua in re, tua vitæ solatia collocasti? Gal. 2.
 sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum 2. Cor. 2.
 abundat consolatio nostra. Quæ signa, & cuiusnam rei defers
 in tuo corpore? Ego stigmata Domini mei in corpore meo por-
 to. Qualis, & quanam est vita tua? Vivo ego iam non ego, vi- Gal. 2.
 uit vero in me Christus. & Mihi viuere Christus est, & mori lu- Phil. 1.
 crum. Videsne quanta cum gloria de Paulo triumphat amor
 Christi? audisne quam mirifice effulgeat in Paulo concionato-
 rum omnium exemplari absolutissimo hæc virtus?

Hinc iam facilè quiuis etiam me tacente intelliget quales
 in eo ceteræ Christiani Oratoris laudes extiterint. Planè lon-
 ge melius de hoc electionis vase dicentur illa verba Eccl. quã Eccl. 50.
 de Onia Sacerdote, tanquam vas auri solidum ornatum omni
 lapide pretioso. Aureum planè vas ob fulgentissimam sapien-
 tiam, & charitatem: Solidum ob summam, & præstantissi-
 mam eius animi firmitatem, atque constantiam, vt merito di-
 cat Chrysost. Quidnam aliquis illam Pauli animam vocet, au-
 reamne, an adamantinam? Certè vtrumque; Ornatum autem
 omni lapide pretioso ceterarum virtutū videlicet ornamentis
 à diuina manu elaboratum, vt iure cum eodè Chris. Pauli ani-
 mum, Paradisum vocemus omnium deliciarū. Quis igitur cogi-
 tatione, nedum oratione consequi possit ex illo Christi amore,
 quantus manarit Orationis spiritus, quantus contemplationis
 ardor cum dicat orabo spiritu, orabo & mente, & iterum. Mē- 1. Cor. 14.
 te excedimus Deo, ex quibus excessibus quantam consolationū 2. Cor. 5.
 copiam perceperit, ipsè solus nouit qui expertus est. Quanta
 in proximos, & fratres charitas tāquam e fonte redundauerit, 1. ad Phi-
 Cum dicat, eò quod habeam vos in corde, & in vinculis meis: lip.
 testis

- testis mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi, Et iterum fratres mei charissimi, & amantissimi
1. *Theff.* 2. gaudium meum & corona mea. Et desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Euangelium sed etiam.
2. *Cor.* 12. viscera nostra quoniam charissimi facti estis nobis. & Non quero quæ vestra sunt, sed vos, Ego libenter impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. Quanta vita, ac morum probitas; cum dicat. Tu autem assequutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem patientiam & ad *Cor.* Imitatores mei estote, sicut & ego
3. Christi; & ad *Philip.* sicut audistis & vidistis in me, Quod audiebant a Paulo, hoc plane videbant in Paulo. Nam cum prædicatio a vita discrepat, doctrina se ipsam destruit. Qualis consuetudo eius esset, testatur ipse ad *Theff.* Vos Testes estis, &
1. *Theff.* 2. Deus quæ sanctè & iustè, & sine querela vobis, qui credidistis fuimus, qualiter vnum quemque vestrum (sicut Pater filios) deprecantes vos & consolantes testificati sumus ut ambularetis dignè Deo: Quanta sollicitudo ne quempiam offenderet omnia sustinemus (inquit) ne quod offendiculum demus Euangelio Dei. Quanta morum simplicitas, & candor? gloria nostra hæc est, testimonium conscientiarum nostrarum, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo. Quanta puritas intentionis? non sumus ut plurimi adulterantes verbum Dei, sed
1. *Cor.* 1. ex sinceritate, sicut ex Deo coram Deo loquimur in Christo, & ad *Theff.* neque aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis neque in occasione auaritiæ. Deus testis est. Neque querentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab alijs. Quanta in eo animi demissio? cum se indignum nomine Apostolorum existimet, & omnium sanctorum se minimum appellet, & abortiuum, & persecutorem Ecclesiæ, accuset? quanta alacritas in paupertate spiritus? habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus, sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Adeoque, ut etiam suis manibus laboraret ad victum sui, & suorum. Quanta sui corporis afflictio? cum scribat, Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Et, ego autem sic
2. *Cor.* 4. curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo; ne cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Quanta prudentia?
1. *Cor.* 9.

tia? dum se accommodare ad captum omnium studet? facti
 sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat fi-
 lios suos. Et quanta libertas in predicando Dei verbo? Quan-
 ta industria dum modò laudat, modò arguit, aliquando obse-
 rat, nonnunquam consolatur, interdum minatur, & terret?
 Ad Cor. quid vultis in virga veniam ad vos? & iterum, Ipse
 autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem, & mode-
 stiam Christi. Rogo autem vos ne presens audeam pro ea con-
 fidentia, qua existimor audere, & infra. Quales sumus verbo
 per epistolas absentes, tales, & presentes in facto.

Sed præter virtutes absolutissimi Concionatoris, etiam in
 Paulo est, quod admiremur sapientissimam quamdam eloquen-
 tiam, & sanè diuinam ad persuadendum efficacissimam, quod
 secundo loco posueram; quam & paucis expediam; ne forte
 quis existimet eloquentiam Paulo defuisse. Sed animaduer-
 te duplicem esse eloquentiam; altera in verborum maxime
 nitore sita est, in ornatu, & fuce sermonis ad aurium potius
 oblectamentum, quam ad animi motum comparata, quam
 sophisticam melius loquentiam, quam eloquentiam dixe-
 ris. Altera quæ in sententiarum pondere posita est, vt per-
 suadendo animos bonis moribus imbuat. Sed habet Spiri-
 tus sanctus suam diuinam Rhetoricam, & eloquentiam lon-
 gè præstantiorem, in qua Diuum Paulum excelluisse adeo dici-
 mus, vt nihil supra addi possit, neque sapientius, neque vehem-
 entius illa eloquentia, qua eius Epistolæ scribuntur, & qua
 loquebatur tanta efficacia, vt meritò Augustinus, vt ferunt,
 optarit Paulum prædicantē audire, & Lycaonij (vt est in Act.)
 eum Mercurium appellarint, tanquam eloquentiæ Deum; & eo
 disputante tremefactus sit Præses Romanus. Et planè tria erāt
 in Pauli eloquentia, quæ admirationem facerent. Primo quia
 erat omnino spiritualis; quam à Spiritu sancto dictante acce-
 perat, sicut ipse testatur. Nos autem, inquit, non spiritum hu-
 ius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus
 quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in doctis
 humanæ sapietiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus
 spiritualia comparantes; hoc est spiritualibus, ac diuinis miste-
 rijs spiritualem etiam eloquentiam eiusdem Spiritus sancti ope
 accommodando. Secundo erat Diui Pauli eloquentia non
 emendicata, non affectata, sed nata ex vberissimo sapientiæ fon-
 te, quem in eius pectore Deus procreauerat; quæ quanta esset
 quis dicat, cum raptus fuerit vsque ad tertium Cælum, vt
 disceret,

1. Cor. 9.
 1. Thess. 2.
 1. Cor. 9.

1. Cor. 4.
 2. Cor. 10.

De Sapiaentia
 Pauli & elo-
 quentia.

Duplex elo-
 quentia.

Act. 24.

Eloquentia
 Pauli admi-
 randa rribus
 titulis.
 1. Cor. 2.

disceret, quæ nec licet homini loqui, & ea quæ postea docuit non ab homine, neque per homines, ut ipse testatur, acceperit; sed Deum ipsum habuerit Doctorem. Quin in Paulo affirmat maiorem fuisse Chrysostomus sapientiam, fonte illo Paradisi, qui in quatuor diuisus flumina omnia suis aquis irrigabat. Tertio erat Pauli eloquentia efficax, & ad persuadendum potens, quod euentus docet cum tanta in toto terrarum orbe patrauerit. Chrysostomus probat Paulum eloquentiæ suæ vi, antequam miracula ederet Iudæos, qui Damascum colebant confudisse, Græcos supplantasse, & sola eloquentia per id tēpus victoriā reportasse aduersus eos qui Antiochiæ Iudæismum sequi cepissent, eloquentiæ auxilio pugnasse. Areopagiti vna cum vxore ob vim eloquentiæ, illius audita cōcōne sequutum eum fuisse. Cum Epicureis, cum Stoicis disputationes habuisse. In vrbe Thessalonica, Epheso, Corintho, Roma ipsi acriter, & eloquenter disputantem multos, ad Christum adduxisse. Quod autem Paulum Lycaones Mercurium esse vellent, id non quidem a signis, sed ab eloquentia profectum; & addit Chrysostomus. Cum igitur Paulum constet, tum ante miraculorum editionem, tum in medijs ipsis miraculis magnam adhibuisse eloquentiam, qua fronte sustinebunt idiotam illum indicare, cuius magna fuit apud omnes qua disputantis, qua concionantis admiratio? D. Augustinus admiratur Pauli eloquentiam in eius epistolis maiorem, quam in oratoribus secularibus, exemplum affert illud. Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientiam probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit & quæ sequuntur. Hic (ait Augustinus) si quis imperitè perit, artis eloquentium præcepta, Apostolum sequutum fuisse contendat, non ne à Christianis doctis, indoctisque ridebitur? & tamen eloquentissima loquitur secundum eloquentiæ præcepta, ut Augustinus ibidem probat, & subdit. Sicut ergo Apostolum præcepta eloquentium sequutum non dicimus; ita quod eius sapientiam sequuta sit eloquentia non negamus. 2. Cor. 11. affert etiam exemplum aliud cum cogeretur se laudare, hæc sibi velut insipientiam tribuens, quam sapienter, quam eloquenter dicit? Quanta sapientia (ait Augustinus) hæc sint à Paulo dicta, vigilantes vident, quanto vero eloquentiæ concurrerint flumine, etiam qui stertit, aduertit, sed in re clarissima quid moror? Hæc à me de Diuo Paulo dicta sunt non tam ut in citis Encomia digrederer, quam ut cum omnibus, qui concionandi munus

annus proficentur ad imitandum proponerem, vt eum Patronum habeant, vt ad eius opem confugiant, vt epistolas illius lectione assidua terant, vt in singulis ferè concionibus libenter aliquam ex eius sententijs aptè depromant, atque perpendant.

Addam etiam his appendicem, vt post Diuum Paulum, eligat sibi quisque aliquem ex sanctis Patribus patronum, pro peculiari cuiusque studio, & librorum eius continuo vsu lectione frequentet. Ego planè sequutus communi consilio omnium in hac parte rectè sentientium, consulerem Diui Chrysostomi Conciones, & commentarià libenter, & crebrò euoluenda, tum ob grauitatem rerum moralium, quas ad populum trahebat, tum ob aureum eloquentiæ flumen varium, graue, populare ad persuadendum efficax, & imprimis frugiferum. Placet etiam, vt quis peculiari pietate feratur in Diuum Gregorium, cuius doctrina est grauibus sententijs referta, ad mores hominum valde accomodata, stylus Ecclesiasticus, atque optimè moratus, redolens eximia omnium virtutum sanctitatem, etiam vsus Allegoriarum, quas frequens tractat in libris Ezechielis, & Regum non sit tam vtilis in concionibus popularibus, sicut est in scripture, si crebro fiat. Adderem tertio loco Diuum Bernardum, & eius opera, quæ maxime pietatem, & sanctimoniam viri redolent, & absolutissimas eius virtutes, præter suauissimam eloquentiam, quam ore fundit, vt apud melliflua, & sententias quas ex plenitudine cordis eructat, sapientissimè digestas, & ipsiusmet scripturæ vocibus expressas. Ex his tribus Chrysostomus maxime mouet, docendo, & delectando, Gregorius mirum in modum docet delectando, & mouendo. Bernardus spiritualiter delectat mouendo, & docendo. Forte mihi aliquis hoc loco obijciat illa verba, quæ in principio statim cuiusdam Dialogi apud Platonem leguntur. Vnus, duo, tres, & quartus vbi est Augustinum dicit aliquis videri oblitus. Noui admirabilem in omni genere sanctissimi huius viri sapientiam, quam doctè, & fortiter nostræ religionis dogmata explicet, atque confirmet, quam validè refutet Hæreticos, quam prudenter, & copiosè edoceat populum, quantam vbique sanctitatem, & amorem caelestium rerum instillet. Noui præterea tam multos quibus Christi Ecclesia abundat Apostolicos viros, Basilios, Nazianzenos, Hieronymos, Ambrosios, Cyprianos, & alios tum veteres tum etiam recentiores, qui & colantur, & legantur omnino dignissimos.

Eligendus est quis ex Sanctis Patribus in Patronum.
D. Chrys.

S. Greg.

D. Bernardus.

D. August.

simos esse, verum non omnium serie in institutis pertexere, ut sua cuique pietas suadebit, ita sibi, ex beatissimo illo senatu patrum adificat. Quis vero, si horum temporum in concionando vitia, & torporem intueatur, non merito debeat leuissimam eloquendi quorundam curiositatem, ambitionis spiritum, se ipsos magis quam Christum predicantium, humanarum rerum cupiditatem, spiritualium charismatum, zeli, & verarum virtutum inopiam, quis inquam si hos cum illis sanctissimis viris, & grauitissimis conferat, non rubore suffundatur, & in lacrymas erumpens cum Hieremia exclamet. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, abscissi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Utinam hanc Verbi Dei iacturam, & bonorum predicatorum inopiam respiciant Ij, quorum ad munus hoc pertinet, & nos Concionatores tales aliquando simus, quales nos, & diuina electio exigit, & tanti muneris ratio exposcit, & animarum aeterna salus a nobis iure suo postulat ut possimus letabundi aliquando cedere cum Regio Vate. Docebo iniquos vias tuas & impij ad te conuertentur, & simus de numero eorum, qui ad hoc opus diuinitimum missi, euntes cum lachrymis, ac precibus multis ad Deum suscipiunt & laborum pro Christo tolerantia, mittunt semina sua, venientes autem reportant plenos manipulos exultantes sicut exultant messores in copiosa messe, & victores capta praeda. Haec de persona Concionatoris, quae venerunt in mentem attulimus, deinceps de ipsius Concionatoris opere, quod est ipsa concio acturi.

Finis Libri Tertij.